o

LUCUBRATIONUM EURIPIDEARUM

CAPITA SELECTA

SCRIPSIT

EVALDUS BRUHN.

COMMENTATIO EX SUPPLEMENTIS ANNALIUM PHILOLOGICORUM SEORSUM EXPRESSA.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXVI.

Paginarum numeri sunt supplementi quinti decimi annalium philologicorum.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Caput primum.

Coniecturarum fabricatores vocitamur philologi a volgo et indocto et docto. Nec potest negari coniecturarum proferri plerasque ab iis qui circa hoc genus studiorum versantur. Exspectes ab iisdem quaecunque scire esset utile coniecturam excogitanti, studiosissime esse conlecta. Quod secus est: etenim si Astium excipias (cuius ego librum de hermeneutica et critica inscriptum non vidi), e philologis huius aetatis soli has artes adumbraverunt Boeckhius (Encyclop. u. Methodol. d. philol Wissensch. 79 ss.) et Blassius (Mueller, Handb. d. klass. Alterthumswissensch. I, 127 ss.). Critices autem cum particulam quandam secernere liceat eam, quae vitia in libris scriptorum antiquorum obvia explicet unde nata sint, qua parte ad emendandum nullam esse magis necessariam in aprico est: hic plures operam conlocaverunt; e quibus praecipue nominandi sunt Bastius, Madvicus, Cobetus[1]). Horum ego virorum de laude merita si vel tantillum detrahere conarer, ineptus essem; immo de Madvici opera iniustissime mihi videri Lehrsium iudicasse profiteor; sed unum in iis requiro. Quod quale sit facile indicatur Senecae verbis his, quae in epistula XCV posuit: Imbecilla sunt et, ut ita dicam, sine radice, quae partibus dantur. Illi scilicet praecepta dederunt de arte coniecturali utilissima; artem ipsam non confecerunt. Ars enim a principiis profecta rerum causas explicat; atqui ubi distinxerimus quae consulto quaeque inviti intulerint librarii vitia, postquam his exemerimus ea, quae propter archetypi naturam necessario pervertebantur, cum reliqua futura sit pars omnium et gravissima et difficillima, qua de vitiis neglegentia librariorum ortis tractandum sit: secundum artem procedenti primum iam quaerendum est, quae sit et qualis illa neglegentia, quidque sit omnino in causa, quod describentes depravemus quae describamus, dein ex hoc quasi fonte singuli errores deducendi.

Quam ad quaestionem ut responsum feramus, describendi actio qualis sit accuratissime opus est a nobis intellegi; id quod nisi in singulas particulas eam dissecuerimus, fieri non poterit. Describentes igitur singularum archetypi vocabulorum singulas litteras visu intra nos recipimus, visas iungimus, unde evadunt figurarum imagines

1) Non ille quidem singula praecepta in unum quasi corpus conlecta explicavit, sed facile ex illius scriptis talis libellus componi potest.

horum vocabulorum, quas perceptiones primarias voco. Iam cum olim didicerimus cum singularum litterarum figuris singulos iungere sonos, secundariae nascuntur perceptiones eae, quae sonorum imagines illorum vocabulorum praebent. Denique cum adsueverimus singulas hasce perceptiones secundarias ad singulas res adhibere, notionum suboriuntur imagines, i. e. tertiariae (sit verbo venia) perceptiones. Hoc ubi factum est, memoria singula illa vocabula tenemus. Iam si recte describimus, a perceptione tertiaria ad secundariam, ab hac ad primariam redimus, ad postremum hanc scribendo effingimus. Fieret autem hoc semper, si praeter illas perceptiones nullae animo nostro continerentur. Quod cum nunquam ita sit: ex iis perceptionibus, quae ante receptas novas illas in animo erant, ab his 'adsociantur' eae quae vinculo aliquo cum eis iunctae sunt (cf. Glogau, Grundriss d. Psychologie §§ 307—12). Cum perceptionibus receptis iam quasi pugnant adsociatae. Ut quaeque validiores sunt, ita vincunt. Devictae reprimuntur; quae vicerunt, eae perscribuntur. Ut exemplum proponam: Plut. de gen. Socr. 14 (p. 583 E) scripta invenerat archetypi codicum nostrorum librarius haec: ὁπηνίκα δ' οὗτος οὐ προδίδωσι τὴν πενίαν οὐδὲ ὥς βαφὴν ἀνίησι τὴν πάτριον παιδείαν, ἀλλὰ καίπερ ὂν μειράκιον εὐτελείᾳ καλλωπίζεται καὶ στέργει τὰ παρόντα, τίς ἂν ἡμῖν γένοιτο τῶν χρημάτων διάθεσις καὶ χρῆσις; Nata erat in animo eius perceptio secundaria 'pĕdían'. Aderat perceptio sono cognata 'pĕnían', quam paucis verbis antea perceperat, validior ideo, quia bis erat excitata. Repressa igitur perceptione 'pĕdían' scriptum est id, quo iam desitum iri spero Plutarchi libellum commaculari πενίαν.[2])

Sed quorsus haec? Cur philosophorum subtilitates in philologiam traduco? Sit recte explicatum, quomodo nascantur librariorum errores: num ulli ideo coniecturae plus fidei habebimus? Num quidquam effectum est, nisi ut cuius rei verbo antea iudicaremus causas, eiusdem origines nunc longis ambagibus persequamur? Fateor me quidem contentum etiam eo futurum fuisse, si e causis remotioribus derivavissem, quae e propinquioribus solebant derivari; spero tamen crassiore etiam ut aiunt Musa rei hic explicatae utilitatem demonstrari posse. Sed cum illud mihi proposuerim, ut eodem responso pluribus satisfaciam quaestionibus, subsistere hic liceat et nunc quidem transire ad aliud.

Interpretamentis interdum verba scriptorum antiquorum expulsa esse (nam de glossematis ita in textum receptis, ut maneret lectio genuina, hic non loquor) nemo unquam neque negavit nec poterit

---

2) De litteris syllabis vocabulis perperam adiectis omissisve nihil dixi, quia ad efficiendum id quod volo opus non erat; facillime autem id legentes supplebunt. Eodem modo non locutus sum de erroribus ita natis, si quis aut describebat quae non intellegebat, aut dictantis vocem sequebatur: ideo scilicet, quia haec simpliciora etiam iis sunt, de quibus ego disserui.

negare. Nec tamen quisquam latius hoc ulcus serpsisse dixit ante Fridericum Heimsoethium. Is autem acerrimum huius rationis vindicem se professus cum Sophoclis Euripidisque tum Aeschyli locos innumeros ita corrigebat. Grammatici in diversas partes discedebant: alii utendum saepius hac ratione praefracte negabant; veluti Hauptius inridebat eorum conamina, qui intermortua vocabula ex Hesyschio conrasa poetis Graecis obtruderent; Wilamowitzius contemptim abiciebat 'panaceam Heimsoethianam'; in Aeschylo Kirchhoffii e coniecturis Heimsoethii vix ulla invenitur. Alii novum inventum plausu excipiebant; velut Oberdickius et Wecklinus etiam nunc in Aeschylo emendando cum fructu hanc viam iniri dicunt. Illud tamen mihi videtur utique concedendum esse facilitate tales coniecturas non commendari. Primum enim superscriptum fuisse interpretamentum statuendum est, dein id vocabulum, quod ad explicandum superscriptum esset, ab eo expulsum esse; atqui parum probabile esse id, quod ut fiat complura 'coincidisse' statuendum sit, absque mathematicis scimus. Requiras autem ab iis, qui hanc rationem amplectuntur, exempla nulli dubitationi obnoxia: videbis, quam pauca proferri possint. Veluti Wecklinus, dum Aeschylum Kirchhoffii diiudicat, Eum. 69

68 ὕπνῳ πεϲοῦϲαι δ' αἱ κατάπτυϲτοι κόραι
γραῖαι παλαιαὶ παῖδεϲ, αἷϲ οὐ μίγνυται
70 θεῶν τιϲ οὔτ' ἄνθρωποϲ οὔτε θήρ ποτε

adparere dicit, quantum intersit inter eam crisin, quae tricis palaeographicis inhaereat eamque quae sequatur rationem. Atqui quod ille scriptum opinatur ab Aeschylo Valkenaerium secutus Νυκτὸϲ παλαιαὶ παῖδεϲ, id contra rationem coniectum esse mihi quidem videtur demonstrari posse. Quodsi illud demonstravero scholiastam idem quod nos scriptum invenisse, statim praeter coniecturam ipsam coniciendum erit scholium aetatis esse recentioris. Iam vero si comprobari potuerit admodum docte lectionem traditam a scholiasta esse explicatam, non adlatis, sed tecte significatis poetae alicuius versibus, nonne ipsa ratio eo nos ducet, ut non iis temporibus hoc scholium attribuamus, quibus necessarium visum sit παλαιαί explicare adscripto γραῖαι? Sunt autem verba scholiastae haec: πολιαὶ γάρ· παῖδεϲ διὰ τὸ νέον· ἢ ἐπειδὴ ἄγαμοι καὶ παρθένοι εἰϲί. τὸ ἀλλόκοτον δὲ τῆϲ φύϲεωϲ διὰ τῶν ἐναντίων τραγικώτερον διαϲύρει. Certum est et labem contraxisse illud διὰ τὸ νέον (sunt enim Furiae generis deorum antiquioris) et explicatione egere πολιαί; unde enim canere Furias rescivit scholiasta? Haec autem clara in luce posita erunt cl. Hes. theog. 270 s.

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίαϲ τέκε καλλιπαρῄουϲ
ἐκ γενετῆϲ πολιάϲ, τὰϲ δὴ Γραίαϲ καλέουϲιν
ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι.

Legit igitur scholiasta ΓΡΑΙΑΙ ΠΑΛΑΙΑΙ ΠΑΙΔΕϹ, γραίας autem non vetulas, sed Graias intellexit. Scholii verba restitui non possunt; sensui haec satisfaciunt: ⟨παλαιαί⟩: πολιαὶ γάρ· παῖδες διὰ τὸ ⟨ἐκ⟩ νέων ⟨πεπολιῶσθαι⟩· ἢ ἐπειδὴ ἄγαμοι καὶ παρθένοι εἰσίν.

Quanquam quid agimus? Cur de uno loco digladiamur, quo erepto sescentos adversarii alios prolaturi sint? Inspice discrepantias tales, quales et apud Sophoclem et apud Euripidem haud raro inveniuntur:

		lectio tradita	varia lectio
Eur. Or.	374	παιδὸς	θυγατρός
	672	δεῖ	χρή
Phoen.	444	χωρεῖ	ἥκει
	565	πορθουμένας	λελῃσμένας
Alc.	1105	ἄθρει	ὅρα
Med.	385	κτανεῖν	ἑλεῖν
	668	ἐστάλης	ἱκάνεις
Soph. Ai.	501	ἀτίζων	ἰάπτων
El.	1101	ἱστορῶ	μαστεύω
	1393	ἑδώλια	ἑδράσματα.

Abest omnis litterarum sonorumve similitudo; qui igitur poterant talia confundere librarii? Poterant illi quidem, si ad ea licet provocare, quae de errorum origine supra disputavi; primariae enim et secundariae perceptiones cum confundantur, quidni in tertiariis idem fiat? Sed ultra probabilitatem ita nos non escendere probe scio. Certo enim nihil demonstratum est nisi illud tales discrepantias, si maxime ortae sint mero librariorum errore, posse ita explicari. Quodsi demonstrari potuerit necessario ita eas natas esse, et Heimsoethianis fulcrum ereptum erit gravissimum et quae ego exposui, ea admodum erunt corroborata.

Quod ut demonstrem, exempla primum ex Alcestide et Medea Euripideis promam. Quas fabulas quisquis vel strictim attigerit, quam saepe quamque graviter inter se discrepent S et Σ[3]) mirabitur, ut unde tandem nata sit tanta discrepantia, ultro quaeramus. Cui quaestioni qui respondere conati sunt grammatici, eorum sententiae bifariam digeri possunt: sunt enim qui grammaticos auctores existiment eosque et interpretamentis superscribendis verba poetae explicantes et quae prava viderentur, emendantes; sunt qui ab histrionibus varias illas lectiones profectas censeant. Nam quod aliquot locis demonstrare conatus est Kirchhoffius in archetypo eandem discrepantiam extitisse: eo haec quidem quaestio vix promovetur; nihilo enim setius quaerimus, unde in archetypum tanta discrepantia invaserit; quod autem ex altera recensione quae dicitur Medeae hoc explicandum quidam cogitaverunt: demonstravit Antonius Klette (quid de iterata Medeae

3) Hac nota libros scholiis instructos comprehendam.

recensione sit iudicandum diss. Lips. 1875 p. 27) etiamsi quis duplicem recensionem concederet, variarum illarum lectionum originem ne ita quidem explicari.

Venio igitur ad prius illud grammaticorum genus, quorum agmen ducit Adolphus Kirchhoff, qui in praefatione Medeae (p. 33 ss.) primum ex interpretamentis superscriptis fluxisse lectionis discrepantiam existimavit. Septem ille Medeae locos huc refert:

	Σ.	S.
385	ἑλεῖν	κτανεῖν
668	ἐστάλης	ἱκάνεις
802	τίσει	δώσει
949	πλόκος	στέφος
1130	οἰκίαν	ἑστίαν
1173	διὰ στόμα	κατὰ στόμα
1328	τλᾶσα	δρῶσα.

Fateor me ubique fere a viro doctissimo dissentire; nam ut de v. 385 recte eum iudicasse concedam, ἱκάνεις vocabulo ἐστάλης superscriptum fuisse, quia neque notiones neque tempora congruunt, nequeo mihi persuadere; idem obstat ne in v. 1328 τλᾶσα per δρῶσα explicatum credam; post si quis πλόκος per στέφος explicaret, glossae glossam superscriberet, si διά per κατά, rem per se minime obscuram nihilo magis inlustraret. Restant duo loci quos posse ita explicari dem; possunt iis fortasse pauci ex Alcestide addi; sed cum in duabus discrepantiis (vv. 949 et 1173) vocabula inveniamus notione gemella, quae non admittant hanc explicationem, perversae mihi videtur rationis esse alteram discrepantiam illo modo explicare, alteram explicari non posse fateri; immo ei tantum coniecturae subscribemus, quae ut hoc ita illud unde ortum sit, demonstret. Deinceps de iis agendum est quae dolo malo grammatici depravasse feruntur. Interpolationis autem genera duo discerni possunt: aut enim in emendanda numerorum forma versatur aut in restituenda sententia. Illud et hoc diligenter cavendum ne confundantur. Moschopulus, Thomas Magister, Demetrius Triclinius per Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Pindarum illud summa diligentia observabant, εἴ τι πρὸς τὸ μέτρον ἔχοι ὀρθῶς; de sententia erant securi. Eiusmodi autem alicui homini libri S pater, ut ita dicam, in manus venit; nam ne S ipsum ab eo emendatum statuamus, obstat vitiorum L^o et P^o communium multitudo. At vero aut ille Tricliniorum diligentiam non aequabat aut quae ille emendaverat S^1 ipsius oscitantia corrupta sunt: velut Alc. 94 cum in omnibus libris extet:

οὐ γὰρ δὴ φροῦδός γ' ἐξ οἴκων νέκυς ἤδη

(nam quod P exhibet ἤδη νέκυς, id L^1 cum Σ consensu erroris convincitur), scholiasta autem recto ordine indicato νέκυς ἤδη reliquis praeponat, his respondent in Σ: 106

Ημ. τί τόδ' αὐδᾷς Ημ. ὦ χρή cφε μολεῖν κατὰ γαίας;

at in S invenitur:

ὦ χρή cφε μολεῖν κατὰ γαίας τί τόδ' αὐδᾷς,

i. e. antistropha sana ad stropham corruptam transformata est. Neque autem hoc accurate, cum iam respondeant inter se

– – – – – – – – – ∪ ∪ – –

– – ∪∪ – ∪∪ – – ∪∪ – –

Eodem modo v. 213

ἰὼ Ζεῦ, τίς ἂν πᾷ πῶς πόρος κακῶν

respondet in Σ solum vocabulum παπαῖ; at in S est

παιπαῖ φεῦ φεῦ ἰὼ ἰώ;

credideris hoc voluisse grammaticum:

⟨ἰὼ⟩ παῖ ⟨πα⟩παῖ φεῦ φεῦ ἰὼ ἰώ;

sed ut caute talibus in rebus agamus monet e. g. Soph. OC. 1714, ubi pro – – – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – inseruit quisquis inseruit pannum hunce ex antecedentibus furatus

∪ – – – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ –

ἰὼ μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρηζες ἀλλ'

(fraudem detexit Guilelmus Dindorf). Aegre credimus tam ineptos fuisse homines, ut tam leviter obliteratis ulceribus fallere conarentur obiter inspicientes; sed luculentius etiam idem studium cernitur in Soph. fr. 379, ubi in Vaticano legitur:

ὕπνου φύλαξ * * * οα cημαντήρια,

Laurentiani librarius haec scripsit sensu cassa sed quibus expleretur lacuna:

ὕπνου φύλαξ cπιθόα cημαντήρια,

eodem modo ut paullo antea invenerat scriptum:

cταθμ * ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα,

ipse exhibet

cτάθμη δ' ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα.[4])

Sed ne latius evager: his praeterea locis numeros Σ vitiatos S refictos praebet:

---

4) Hoc exemplum ideo proposui, quia, cum omnis interpolatio explicari oporteat cur facta sit et quomodo, scire plurimum refert, quantum a sana mente interdum desciverint interpolantes.

	S.	Σ.
100	φθιτῶν	φθιμένων
262	τί ῥέξεις	μεθές με τί ῥέξεις
406	πάτερ λείπομαι	λείπομαι πάτερ
446	ὀρείαν	οὐρείαν
865	ἔτεκεν	ἔτικτεν
985	τόλμα δ'	τόλμα { τάδ' B / τόδ' a

Medeam grammaticus ille ad artis suae praecepta revocasse non videtur. En conspectum locorum, qui in S emendati inveniuntur:

	S.	Σ.
121	μεταβάλλουσιν	μεταβάλλουσι
122	ἴσοισιν	ἴσοισι
127	ἢ πόλις ἢ φίλων	ἢ φίλων ἢ πόλις
1077	cf. p. 293.	
1099	ἐσορῶ	ὁρῶ
1283	γυναικ' ἐν	γυναικῶν ἐν

Et haec quidem de interpolationibus metricis dicta sint; tenendum est autem hinc de interpolationibus quae sensum spectent, nondum quicquam concludi posse. Videamus nunc qualia sint quae alterius huius generis exempla proposuit Kirchhoffius (l. l. p. 34 ss.).

Med. 257 οὐχὶ συγγενῆ Σ c. schol. Vat. Par. Ars. p. 25, 4 οὐδὲ συγγενῆ S. οὐχί in οὐ decurtatum, dein hoc in οὐδέ mutatum existimat Kirchhoffius; quod tamen minime certum; quis enim negaverit potuisse mero errore οὐχί et οὐδέ confundi?

545 τοιαῦτα μέν σοι τῶν ἐμῶν πόνων πέρι ἔλεξα

μέντοι] Σ μέν σοι S. Si talia ex interpolatione orta dicimus, quae vel inviti mutant librarii, dabo fortasse h. l. interpolationem statui posse. Sed ex eiusmodi minutiis ecquid licet statuere de locis vere gravibus?

575 χοὕτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν

χοὕτως ἂν] Σ οὕτως δ' ἂν S. Utraque lectio bona; neutra neutrâ exquisitior; quid est igitur quod interpolationis S accusetur?

703 συγγνωστὰ γάρ (sic) ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι

Sic Σ ruente metro; συγγνωστὰ μὲν γάρ S. Hermannus verum delituisse existimat in S[1] lectione quamvis corrupta scribendumque

συγγνωστὰ μὲν τἄρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι;

cuius lectionis leve fortasse indicium est illud γάρ pro γὰρ, quod invenitur in Σ. Sed quidquid id est: lectionem ab Hermanno propositam per se omnibus numeris esse absolutam nemo negabit: im-

pugnari non poterit nisi ipso illo demonstrato quod hinc demonstraturus est Kirchhoffius; cavendus est igitur circulus vitiosus.

752 ὄμνυμι γαῖαν λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς

Sic E S, λαμπρόν θ' ἡλίου φάος B λαμπρὸν ἡλίου φάος a. Consentientibus B et a φάος evincitur in Σ extitisse, B lectionem archetypi servasse, E et a immutasse. Iam cum S idem exhibeat quod E, recte sane conieceris in S quoque id coniecturae deberi.

1351 De hoc versu non potuit non in errorem induci Kirchhoffius, qui cum edidit Medeam, scholiorum editio Dindorfiana nondum extabat.

259 τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι

οὖν S] δὲ Σ. Cum et οὖν satis aptum sit (praecedunt illa ἐγὼ δ' ἔρημος, ἄπολις οὖσ' ὑβρίζομαι πρὸς ἀνδρὸς cett.) et idem error alibi inveniatur (cf. Prinzii nota), non potest demonstrari h. l. a S quicquam esse interpolatum.

1121 ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη

Sic S E om. a; in marg. add. a^3, cuius lectiones commemoratione dignae non sunt. παρανόμως τ' εἰργασμένον B. Ut demus hoc in Σ extitisse — quod tamen dare non possumus consentientibus S et E, deficiente a — hic cum B^1 lectio non difficilius intellegatur quam quae in E S est, de coniectura cogitari nequit.

816 ἀλλὰ κτανεῖς σὸν σπέρμα . . .

σὸν σπέρμα S] σὼ παῖδε Σ. Lectionem S^1 multo exquisitiorem recte defendit Wecklinus ad Med. p. 140.

Reliquis locis tam apertum est de coniecturis cogitari nullo modo posse, ut a Kirchhoffio talia proferri summopere mirarer, nisi scirem, quantum valeret etiam in doctis hominibus sententia praeiudicata.

Sed de interpolationibus suffecerint haec: venio nunc ad Wilamowitzium histriones incusantem. Qui postquam exposuit (Herm. XV, 488) quae aetatem tulissent tragoediae Euripideae scholiis instructae, eas pertinere ad delectum primo fere p. C. saeculo factum, ita pergit: Zu dieser Ausgabe gehören auch die Scholien, gehören denn auch (ganz wie bei Homer im Ven. A) diese Varianten, die mit Schreibfehlern nichts zu thun haben . . . bei Aristophanes (finden wir von ihnen) trotz reichster Überlieferung verschwindend wenig; bei Pindar, bei den Alexandrinern nichts ähnliches. Also ist ein besonderer Erklärungsgrund erforderlich und ihn geben die Euripidesscholien: die Grammatiker oder auch die Buchhändler hatten variierende Texte und diese variierten, weil die Verwendung der Stücke auf der Bühne nicht aufhörte, wissenschaftliche Ausgaben erst seit Aristophanes von Byzanz aufkamen. Accusantur igitur histriones.

De quibus sepositus nobis locus erit (p. 248 ss.), quo nisi coactos criticorum partes eos non egisse demonstremus; nunc ut et illos et grammaticos statim absolvamus, inspice hanc tabulam, qua quotquot eiusmodi discrepantiae in senariis inveniuntur paullo graviores[5]), eas ut quaeque in singulis senariorum sedibus inveniuntur, in classes digestas exhibebo.

		Σ.	S.
		1.	
Alc.	810	οὐ χρῆν μ'	οὐκοῦν μ'
	1040	εἴ τον	εἴπερ
Med.	575	χοὔτως	οὕτως δ'
		1,2.	
Med.	1118	δή	τοί
		1—2,1.	
Med.	309	τί γάρ cύ μ'	cὺ γὰρ τί μ'
	1351	μακρὰν ἂν	ἢ μάκρ' ἄν
		1—2.	
Med.	955	πατρὸc πατήρ	πατὴρ πατρόc
		2,1.	
Alc.	560	ποτ'	περ
	815	τι	cε
		2,2.	
Alc.	428	θ' οἵ	τε
Med.	259	δέ	οὖν
		2,2—3,1.	
Med.	1357	ἀνατεί	ἀτίμωc
		3,1.	
Med.	588	cύ	μοί
	1201	ἀδήλοιc	ἀδήλων
		3,2.	
Alc.	200	ἧc	εἰ
	322	μηκέτι	οὐκέτι
Med.	1130	οἰκίαν	ἑcτίαν
	1328	τλᾶcα	δρῶcα
		3,2—4,2.	
Med.	741	ὦ γύναι	ἐν λόγοιc

5) Facile in his aliquas invenias, quae litterulis confusis explicari possint. Sed ego illud mihi proposui quaerere unde, si summam spectemus, illae discrepantiae ortae sint.

		Σ.	S.
		3,2—5,1.	
Alc.	1025	χεῖρας ἦλθεν	ἦλθε χεῖρας
		3,2—5,2.	
Med.	301	λυπρὸς ἐν πόλει	ἐν πόλει λυπρός
		3,2—6,2.	
Alc.	318	τοῖσι σοῖσι θαρσυνεῖ	σοῖσι θαρσυνεῖ τέκνον
		4,1.	
Alc.	482	προσέζευξαι	συνέζευξαι
Med.	1056	ποτ’	σύ γ’
		4.	
Med.	949	πλόκον	στέφος
		4,2.	
Alc.	717	σῆς	ταῦτ’
	1098	αἰτοῦμαι	ἄντομαι
		4,1—5,2.	
Alc.	1045	με μιμνήσκῃς	μ’ ἀναμνήσῃς
		5,1.	
Alc.	146	σῴζεσθαι	σῴσασθαι
	1064	ἐξ	ἀπ’
		5.	
Alc.	1112	βούλει	δοκεῖ
Med.	934	ἀποστεῖλαι	ἀποστέλλειν
	1173	διά	κατά
		5,2.	
Med.	912	νῦν	τῷ
		5,1—6,2.	
Alc.	427	μελαγχίμοις πέπλοις	μελαμπέπλῳ στολῇ
	1089	χηρεύσεις λέχος	χηρεύσει μόνος
Med.	509	ἄν καθ’ } Ἑλλάδα	Ἑλληνίδων
	779	ἐγνωσμένα	εἰργασμένα
	915	προμηθίαν	σωτηρίαν
		5,2—6,1.	
Med.	1054	δώμασιν	θύμασιν
		5,2—6,2.	
Med.	668	ἐστάλης	ἱκάνεις

		Σ.	S.
		6,1.	
Alc.	200	γε	σφε
		6.	
Alc.	55	γέρας	κλέος
	372	τινά	ποτέ
	479	χθόνα	πόλιν
	520	ἔτι	περί
	542	φίλοις	ξένους
	797	κακοῦ	φρενῶν
	1105	ἄθρει	ὅρα
	1153	ὁδόν	δόμον
Med.	385	κτανεῖν	ἑλεῖν
	487	φόβον	δόμον
	577	ἐρῶ	λέγω
	743	ἀσφαλέστατα	ἀσφαλέστερα
	1040	φίλοις	τέκνα
	1071	κάρα	στόμα
	1206	δέμας	χέρας
	1234	πύλας	δόμους
	1306	φόνῳ	δίκην.

Habemus in sedibus[6])

1. 2. 3.	:	18	discrepantias
4. 5. 6.	:	41	
1. 2. 3. 4.	:	25	
5. 6.	:	34	

Adparet qui vv. ll. unde ortae sint explicaturus sit, ei hoc quoque explicandum esse. Atqui neque grammaticos neque histriones tantopere cum quintum tum sextum pedem in deliciis habuisse credibile est; est ergo alia ratio circumspicienda. At forte fortuna factum hoc esse potest. Audio; quid si simile aliquid apud Sophoclem adparuerit?

Inveniuntur enim in codice Laurentiano a diorthota, quem ait Dindorfius, et in margine notatae variae lectiones et singulis versibus superscriptae, quibus fere omnibus praepositum est γρ. suntque eae sat multae in Aiace Antigona Electra, pauciores in Trachiniis Philocteta Oedipis. Has quoque per classes digestas exhibeo:

6) Vix opus est moneam, si quae discrepantia pertineat ad utrumque versus alicuius dimidium, ei eam adnumerari, cuius plures sint syllabae discrepantes.

	lect. cod.	var. lect.
	1,2—2,1.	
Ai. 564	τηλωπός	τηλουργός
	1,1—3,1.	
El. 331	θυμῷ ματαίῳ	ψυχῇ ματαίᾳ
	1,1—3,2.	
Ant. 1327	βράχιστα γὰρ κράτιστα	κράτιστα γὰρ βράχιστα
	1,2—3,1.	
El. 1019	αὐτοχειρί	οὐδὲν ἧσσον
	2,1.	
OC. 583	τὰ λοίσθι᾽ αἰτῇ	τὰ λοῖσθ᾽ ἄρ᾽ αἰτῇ
	2.	
Ai. 501	ἀτίζων	ἰάπτων
	2,1—3,1.	
El. 1	στρατηγήσαντος	τυραννήσαντος
	2,2.	
El. 272	αὐτοφόντην	αὐτοέντην
	3.	
Ai. 273	φρονοῦντας	βλέποντας
	3,2—4,2.	
Phil. 246	δειν᾽ ἔλεξας	δ᾽ ἐξέδειξας
	4,1.	
Ant. 521	κάτω ᾽στιν	κάτωθεν
	4,1—6,2.	
Ai. 650	ἐκαρτέρουν τότε	ἐπηπείλησ᾽ ἔπη
	4,2.	
Ant. 633	λυσσαίνων	θυμαίνων
	4,2—5,1.	
Ai. 50	μαιμῶσαν	διψῶσαν
	4,2—5,2.	
El. 1101	ἱστορῶ	μαστεύω
	4,2—6,1.	
OR. 134	ἔθεσθ᾽ ἐπιστροφήν	θεσπίζει γραφήν
	4,2—6,2.	
Ai. 1104	ἢ καὶ τῷδε σε	ἢ καὶ τοῦδε σοι

		lect. cod.		var. lect.
			5,1.	
Ai.	564	θήραν		φρουράν
			5.	
OR.	957	σημήνας		σημάντωρ
OC.	90	ξενόστασιν		κατάστασιν
	632	δορύξενος		φιλόξενος
Ant.	264	ἔχειν		αἴρειν
	519	τούτους		ἴσους
	699	τιμῆς		στήλης
			5,2.	
Ai.	582	πήματι		τραύματι
			5,2—6,2.	
El.	1393	ἑδώλια		ἑδράσματα
			6.	
Ai.	57	ἔχων		παρών
	115	ἐννοεῖς		ἐννέπεις
	594	φρονεῖν		λέγειν
	1233	διωμόσω		διωρίσω
Ant.	53	ἔπος		πάθος
	83	πότμον		βίον
	195	δορί		χερί
	646	πόνους		πέδας
	697	κυνῶν		λύκων
	1270	ἰδεῖν		ἔχειν
El.	379	γόων		λόγων
	876	ἰδεῖν		ἔτι
	922	φέρῃ		ἔφυς
	929	δυσμένης		δυσχερής
OC.	726	ἐγώ		κυρῶ
Phil.	538	τάδε		κακά
	1401	λόγοις		γόοις

Denique in fine Oedipi Regis in tetrametris trochaicis

4,2—8,1.

μηδέν' ὀλβίζειν ἕως πάντα προσδοκᾶν πρὶν ἂν

Haec si computaveris, numeri adparebunt hice:

1.	2.	3.		:	9.
4.	5.	6.		:	40.
1.	2.	3.	4.	:	12.
	5.	6.		:	37.

Ergo quod apud Euripidem inveneramus, id luculentius etiam hic cernitur.

Non aliter se habent vv. ll. codici Marciano Euripideo a prima manu adscriptae. Omissis levioribus (Hec. 368. 1197. Or. 119. 179. 298. 955. 1020. 1030. 1061. Phoen. 263. 479. 687. 746. 755. 852. 1201. 1376. 1425. Andr. 700) iisque quae ad cantica pertineant haec earum evadit series

		lect. cod.	γρ.
		1,1.	
Phoen.	566	ὀδυνηρόϲ	πονηρόϲ
		1.	
Phoen.	444	χωρεῖ	ἥκει
	1319	λούϲῃ	κλαύϲῃ
	1628	ἤδη	δμῶαϲ
		1,1—3.	
Phoen.	1428	ἐπεὶ τέκνω πεϲόντ᾽	ὡϲ γὰρ πεϲόντε παῖδε
		1,2—3,1.	
Or.	954	δεῖ λιπεῖν ϲε	οὔ ϲ᾽ ὁρᾶν δεῖ
		2—4.	
Or.	700	δὲ Τυνδάρεων τέ ϲοι	δ᾽ ἐγώ ϲοι Τυνδάρεων
		3,2—4,1.	
Or.	374	παιδόϲ	θυγατρόϲ
		3,2—4,2.	
Phoen.	763	ἁμαρτίαν	ἀμαθίαν
		3,2—6,2.	
Hec.	44	τὴν ἐμὴν τῇδ᾽ ἡμέρᾳ	τῷδ᾽ ἐμὴν ἐν ἤματι
		4.	
Phoen.	620	γαῖαν	πάτραν
		4,2—6,2.	
Or.	1620	τείχεων τάδε	τεκτόνων πόνον
Phoen.	1635	τριπτύχουϲ θρήνουϲ νεκρῶν	τριπτ. νεκρῶν γόουϲ
		5.	
Phoen.	1070	κλεινή	κυδρή
		5,1—6,1.	
Hec.	38	Ἑλληνικόν	Ἀχαϊκόν
		5—6.	
Or.	485	ἐν βαρβάροιϲ	ἀφ᾽ Ἑλλάδοϲ
	724	ϲωτηρίαϲ	ϲυμφορᾶϲ
Phoen.	565	πορθουμέναϲ	λεληϲμέναϲ

		lect. cod.	γρ.
		5,2—6,2.	
Phoen.	1601	δυcδαίμονα	πεφυκέναι
		6.	
Hec.	427	χαρά	τόδε
	613	πόθεν	τυχεῖν
	794	φίλων	ξένων
	1141	cτόλον	δόρυ
Or.	224	κόραιc	νόcῳ
	876	πόλιν	ὄχλον
	1022	λόγουc	γόουc
	1038	γόνον	δόμον
	1062	πόλει	πατρόc
Phoen.	457	cτρέφε	τρέπε
	1132	βίᾳ	βάθρων
		6,2.	
Or.	672	δεῖ	χρῆ (sic)
		7. 8. (Troch).	
Or.	1534	cῴζειν θέλῃ	cώcῃ (sic) θανεῖν
		8. (Troch.)	
Or.	770	θέλῃ	βίᾳ
	1549	πέλαc	πέρα.

Computi summa haec est:

1. 2. 3.	:	8.
4. 5. 6.	:	26.
1. 2. 3. 4.	:	10.
5. 6. (resp. 7. 8.)	:	24.

Postremum proponimus exemplum variam lectionem Iliadis libri XIII. Moneo autem a me neglectum iri non solum eas discrepantias quae litteris permixtis facile explicari possint (cf. e. g. 315. 363. 590. 625. 745. 782. 783) verum etiam et eas quarum auctores adferantur grammatici (cf. 599. 745) excepto Eustathio (238) et eas quae vel ad nomina propria (cf. 12. 90. 526. 712. 792) vel ad pronomina, praepositiones, particulas (1. 289. 348. 352. 362. 363. 366. 383) vel ad varias eiusdem vocabuli stirpisve formas (350. 369. 799 all.) pertineant.

	lectio Nauckio recepta	v. l.
	1.	
779	ἐκ τοῦδ’	ἡμεῖc δ’
	1,1—2,1.	
541	Αἰνείαc δ’	ἔνθ’ Αἰνέαc vel Αἰνείαc

	lectio Nauckio recepta	v. l.
	2,1.	
574	χροός	χειρός
	2,1—3,1.	
78	μαιμῶcιν καί μοι	μαιμώωcιν ἐμοί
	2,1—3,2.	
235	τεύχεα δεῦρο	δεῦρο τεύχεα
	2,1—4,1.	
301	ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους	εἰc Ἐφύρους πόλεμον
	2,2.	
77	νῦν καί	καὶ νῦν
	2,2—3,1.	
216	φθογγήν	φωνήν
	2,2—3,2.	
55	θεῶν τιc	τιc θεῶν
	3,1.	
495	ἔθνοc	πλῆθοc
	3,2—4,2.	
190	ὀρέξατο	ἀκόντιcε
254	πεπνυμένοc	δουρίκλυτοc
561	μέcον cάκοc	cάκοc μέcον
589	μελανόχροεc	κυανόχροεc
	3,2—5,2.	
731	ἑτέρῳ κίθαριν καί	τε καὶ ἱμερόεccαν
	3,2—6,2.	
729	δυνήcεαι αὐτὸc ἑλέcθαι	θεοὶ δόcαν ἀνθρώποιcιν
	4,1.	
178	αὖτ'	αἶψ'
572	δήcαντεc	δαμάcαντεc
	4,1—6,2.	
207	ἐν αἰνῇ δηϊότητι	ἐνὶ κρατερῇ ὑcμίνῃ
373	ὁ δ' ἐπεύξατο φώνηcέν τε	ὁ δὲ κερτομέων ἔποc ηὔδα
	4,2.	
486	κράτοc	κλέοc
	4,2—5,1.	
149	Τρώεccι	⟨Δα⟩ναοῖcι

	lectio Nauckio recepta	v. l.
	4,2—5,2.	
351	ὀρόθυνε	ὤτρυνε
	5,1.	
196	λαόν	ἔθνος
	5.	
597	μείλινον	χάλκεον
661	Παφλαγόνεσσι	Μυρμιδόνεσσι
757	ἔκλυον	ἤκουον
	5,1—6,2.	
227	ἐνθάδ' Ἀχαιούς	υἷας Ἀχαιῶν
331	δαιδαλέοισι	μαρμαίροντας
713	μίμνε φίλον κῆρ	ἔργα μέμηλε
809	μακρὰ βιβάσθων	φώνησέν τε
	5,2.	
415	κρατεροῖο	κρυεροῖο
	5,2—6,1.	
717	οἷσιν ἔπειτα	οἷσι μάλιστα
	5,2—6,2.	
238	μάχεσθαι	πολεμίζειν
537	ποικίλ' ἔχοντες	ποικίλα χαλκῷ
626	κτήματα πολλά	κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ
772	κατ' ἄκρης	περὶ χθών
829	ταλάσσῃς	θελήσῃς
	6,1.	
372	πῆξε	τύψε
594	τόξῳ	χαλκῷ
	6.	
42	ἀρίστους	Ἀχαιούς
79	οἷος	αὐτός
347	νίκην	κῦδος
701	υἱός	Αἴας.

Calculis subductis haec evadit summa:

1. 2. 3.	:	11
4. 5. 6.	:	34
1. 2. 3. 4.	:	19
5. 6.	:	25; in dubio est v. 149.

Explicatae sunt quaestiones: quas ut solvamus, haec quaeso considera.

Perceptiones, quo minus effluxit temporis, ex quo perceptae sunt, eo sunt validiores. Consectaneum est easdem, quo plus effluxerit temporis, eo magis quasi frangi et debilitari. Iam delibera, quomodo soleamus in describendo versari, si archetypi non solum singula vocabula, verum etiam singulas sententias sententiarumque conexum intellegamus: nempe non singula vocabula, sed singula membra e compluribus vocabulis composita eodem tempore in memoriam recipimus, recepta perscribimus. Quaerenti autem, quomodo singula membra secernere soleamus, duae facile rationes adparebunt: primum enim, si fieri potest, membra quo facilius memoria teneamus, ea eligimus, quae per se absolutam contineant sententiam, dein si ad finem versus alicuius pervenimus, malumus ibi subsistere quam ad versum sequentem remittere oculos. Ergo qui carmina describit, is, si fieri potest, singulorum versuum terminis singula membra definire existimandus est. Hoc autem qui fecerit, eundem plerumque illud quoque adsecutum esse concedes, ubi videris — ut in uno exemplo adquiescam; neque enim apud Homerum aliter se res habet — in Alcestide Euripidea distinguendi signorum posita esse a Prinzio in sede 1 : 10 %, in sede 2 : 6 %, in sede 3 : 15 %, in sede 4 : 10 %, in sede 5 : 1 %, in sede 6 : 58 %.

Iam vero si membrum e compluribus vocabulis compositum in memoriam recipimus, eius particulae quo propius absunt a fine, eo diutius memoria sunt tenendae. Atqui perceptiones, quo plus effluxit temporis, ex quo perceptae sunt, eo magis debilitantur. Ergo quae vocabulis membri alicuius postremis respondent perceptiones, cum ceteris debiliores sint, facilius quam ceterae eis perceptionibus succumbunt, quae ante ipsas perceptas in animo erant. Ergo in describendis postremis membri alicuius vocabulis et facilius et gravius quam in ceteris erramus.

Facile nunc explicantur, quae praeterea harum discrepantiarum propria esse vidit Wilamowitzius (l. l. 490 adn. 1). Primum enim in canticis multo rarius quam in senariis inveniuntur. Quid igitur? Membratim discindi textum describendum nonne ita tantum solere dixi, si facile intellegatur a librariis? Atqui nihil canticis in tragoedia intricatius; hic igitur nisi singula vocabula describere fere non poterant librarii; ergo erroribus illis minus obnoxii erant.

Quid autem in causa est, quod non apud omnes scriptores similem discrepantiarum similium copiam invenimus? Idem fere ad hanc quod ad illam quaestionem respondemus: aut ea quae aetatem tulit recensio, fluxit e libro eo tempore descripto, quo desierat ille scriptor ab hominibus indoctis intellegi, aut per se supra volgi intellectum escendebat. Unde apud Pindarum poetasque Alexandrinos talia rarius inveniri non miramur: Lycophro depingendus, non describendus erat; neque multo in Aristophane res se aliter habebat; qui cum abundet vocabulis ad cotidianum vitae usum pertinentibus,

in eis vocabulis magis etiam quam in aliis volgare dicendi genus ab Attico discrepasse, scit quisquis Luciani Lexiphanem inspexit.

Longus sum in re neutiquam obscura nec impedita; sed lubenter reprehendi me patiar, modo omnibus persuaserim non opinionem hic proferri, sed sententiam arte exploratam et ratione constabilitam. Videtur enim, si vere haec disputata sunt, nonnihil ex iis utilitatis redundare. Nam ne quid dicam de iis, quae supra explicavi, quae iam dubitationi exemta sunt: quam multae excogitatae sunt coniecturae inutiles, quia grammatici, cum persuadere sibi non possent ultra litteras confusas receptaque in textum interpretamenta librariorum neglegentiam profectam esse, ut quaeque ineptissima adparebat varia lectio, ita vel maxime arcani aliquid sub ea latere rati coniecturis irritis litterulas torquebant? Velut Soph. El. 1

ὦ τοῦ cτρατηγήcαντος ἐν Τροίᾳ ποτέ

cτρατηγήcαντος] γρ. τυραννήcαντος L^{Σ}

delituisse sub lectione discrepanti opinatus est Mauricius Schmidt (philol. XIV, 469):

ὦ τοῦ πυρὰν νήcαντος Ἰδαίαν ποτέ.

Admiramur hominis doctrinam et acumen; eadem incassum impendi dolemus. Quanto autem rectius hoc loco usus est Nauckius ad confirmandum id quod Ant. 8 scribendum coniecit:

καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φαcι πανδήμῳ πόλει
κήρυγμα θεῖναι τὸν τύραννον (cτρατηγὸν libri) ἀρτίωc;

(poterat eundem in finem laudare Eur. Hec. 809, ubi pro τύραννοc est δέcποινα in L^o). Tum — hac enim in re S non minus saepe quam Σ peccasse credibile est — in fabulis novem prioribus quae in L^o et P^o ita interpolata sunt ne nobis offucias faciant, obstant libri scholiis instructi, non item in fabulis posterioribus. Ibi autem illarum interpolationum sunt quae investigari omnino non possint; quis enim diiudicabit, γόνοc an τόκοc scripserit Euripides? sunt quae possint fortasse deprehendi; non tamen ei negotio quisquam par erit, nisi et intimam cum Euripide contraxerit familiaritatem et tam exculto sit sensu pulcri, ut vel levissima macula si solitus illius nitor obscuratus sit, persentiscat; ac ne is quidem multis persuadebit. Sed unum est quo tirones etiam uti possimus; saepius enim tam oscitanter librarios se gessisse, ut vel soni aliqua similitudine vel qualibet alia causa pellecti pro singulis vocabulis vocabula notione plane diversa praedita substituerent, cum e tabulis supra propositis quivis intellegere possit, iam desinemus in clausulis certe senariorum semper litteras rimari et apicum similitudines aucupari; iam desinemus nullam ut volunt quidam certam existimare emendationem, nisi quae e litterarum forma vel maiuscularum vel minu-

scularum explicari possit. Liceat autem nunc ipsum in Helenae Euripideae versu aliquo hac libertate uti:

ὦ θύγατερ, ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι ποικίλον
καὶ δυςτέκμαρτον. εὖ δέ πως ἀναςτρέφει
ἐκεῖςε κᾀκεῖς' ἀναφέρων· ὃ μὲν πονεῖ,
ὃ δ' οὐ πονήςας αὖθις ὄλλυται κακῶς,
βέβαιον οὐδὲν τῆς ἀεὶ τύχης ἔχων.
cὺ γὰρ πόςις τε cὸς πόνων μετέςχετε,
cὺ μὲν λόγοιςιν ὃ δὲ δορὸς προθυμίᾳ.
cπεύδων δ' ὅτ' ἔςπευδ' οὐδὲν εἶχε, νῦν δ' ἔχει
αὐτόματα πράξας τἀγάθ' εὐτυχέςτατα.

Aegre me primum credo offendere in oppositione illa quae continetur v. 717. 'Tu maritusque tuus laboribus intereratis; et tu quidem hominum rumoribus, ille — nempe proeliorum vicissitudinibus? Aliter placuit librariis: bellandi cupiditate.[7]) At causa externa et interna qui possunt inter se opponi? quae autem ista erat in Menelao μαλθακῷ αἰχμητῇ bellandi cupiditas, ut qui non ad bellandum, sed ad uxorem recuperandam Troiam proficisceretur? Ne longus sim, unice dignum Euripide videtur:

cὺ γὰρ πόςις τε cὸς πόνων μετέςχετε,
cὺ μὲν λόγοιςιν, ὃ δὲ δορὸς τρικυμίᾳ.[8])

Ceterum libenter profiteor — id quod per se intellegi poterat — non mihi primo intellectam esse quam hic explicavi rem simplicissimam: magnam enim veri partem pridem vidit Wilamowitzius, apud quem ita est in anall. Euripp. 243: 'reponendum

τὼ τοῦ πατρὸς (Διὸς codd.) δὲ λεγομένω Διὸς κόρω.

tales vero mutationes nec Heimsoethiani "indirectae traditionis" fabri nec grammatici nec correctores evanida supplentes procudunt, sed nescii librarii; nemo nostrum non ita peccat'.

---

7) Non diffiteor virum sermonis Graeci eximie peritum quaesivisse nonne προθυμίᾳ δορός verti posset 'naviter pugnando'. Non autem ullum exemplum invenire potui, quod huic sententiae faveret. Contra nostrae interpretationi favet etiam Rhes. 63:

κἀγὼ μὲν ἦν πρόθυμος ἵεςθαι δόρυ
ἐν νυκτὶ χρῆςθαί τ' εὐτυχεῖ ῥύμῃ θεοῦ.

8) Cf. Eur. Tro. 82. Αἰγαῖον πόρον τρικυμίαις βρέμοντα. Aesch. Prom. 1014 K. κακῶν τρικυμίᾳ. Eur. Phoen. 859. ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ' ὥςπερ οἶςθα cὺ δορὸς Δαναϊδῶν.

Caput alterum.

Haud facile interdum corruptelarum genus proximo capite descriptum discernitur ab alio quodam nato inde, quod codices vel tineis adrosi vel madore corrupti a grammaticis emendati sunt: differunt tamen haec duo genera inter se eo, quod illic solae fere senariorum clausulae hic eodem omnia modo vitio tacta adparent. Eam autem sortem Supplicibus Euripideae obtigisse editione sua ostendit Wilamowitzius; in Electra idem demonstrare posse mihi videor.

67 ἐγώ ϲ' ἴϲον θεοῖϲιν ἡγοῦμαι φίλον,
ἐν τοῖϲ ἐμοῖϲ γὰρ οὐκ ἐνύβριϲαϲ κακοῖϲ·
μεγάλη δὲ θνητοῖϲ μοῖρα ϲυμφορᾶϲ κακῆϲ —

invenire, opinor, quem misereat, apud quem conqueri liceat calamitates? Non ita, sed

ἰατρὸν εὑρεῖν, ὡϲ ἐγὼ ϲὲ λαμβάνω,

i. e. medicum invenire sicut (non 'qualem') ego te inveni. Ita igitur philosophus scenicus: 'Magnum est in rebus adversis invenisse, qui rebus adversis nos liberet'. Quae sententia mihi quidem videtur parum illo digna; immo efflagitatur 'socii' notio pro 'medico'. Quam cum ex apicibus traditis elicere nequeam, ϲυλλήπτορα vel tale quid ab Euripide scriptum conicio, quod postquam evanuisset, a correctore volnus suppletum esse.

Videntur autem similia in hac fabula extare:

706 πετρίνοιϲ δ' ἐπιϲτὰϲ
κᾶρυξ ἴαχεν βάθροιϲ
ἀγορὰν ἀγορὰν Μυκηναῖοι
ϲτείχετε μακαρίων ὀψόμενοι τυράννων
φάϲματα δείματα·

Ad haec Seidler: 'tale portentum ut a diis missum sine horrore esse non poterat'. At erat sine horrore; attende, quid sequatur:

θυμέλαι δ' ἐπίτναντο χρυϲ-
ήλατοι, ϲελαγεῖτο δ' ἀν' ἄϲτυ
πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων·
λωτὸϲ δὲ φθόγγον κελάδει . . .

ergo δείματα non ferendum; sed litterae frustra vexantur; desumptum enim est hoc vocabulum e v. 456

τοιάδε ϲήματα δείματα
Φρύγια τετύχθαι.

v. 489 ὡϲ πρόϲβαϲιν τῶνδ' ὀρθίαν δόμων ἔχει
ῥυϲῷ γέροντι τῷδε προϲβῆναι ποδί·

ὅμως δὲ πρός γε τοὺς φίλους ἐξελκτέον
διπλῆν ἄκανθαν καὶ παλίρροπον γόνυ.

Interpretes silentio fere locum prementes paene vereor ne ῥυσῷ γέροντι τῷδε ποδί iunxerint; nihili est autem ποὺς ῥυσός. Aliud enim, cum rugis nemo ire impediatur, nihil video, ad quod referri possit ὅμως, quod per anticipationem usurpatum dicerem, si extaret ὅμως δὲ διπλῆν ἄκανθαν κτλ. Iam vero respice illud προσβῆναι, quod a praeceptis grammaticorum fortasse non abhorrere concedo; sed tamen est supervacaneum, male sonat, nulla denique causa hoc ut adderet Euripides commoveri poterat, nisi quia versum explere nesciret. Convenire opinor de mendo; at eodem modo necesse est convenire locum sanari non posse; adiectivum enim vocabulo ποδί attributum nullis artificiis e προσβῆναι elicies. Requirit sensus tale aliquid:

ῥυσῷ γέροντι τῷδε ⟨παραφόρῳ⟩ [9]) ποδί.

Nunc quae de histrionibus p. 237 statuimus, conabimur argumentis comprobare. Narrantur illi in scholiis Euripideis scripsisse (in eis videlicet exemplaribus quibus ad ediscendum utebantur) Med. 910 pr

γάμους παρεμπολοῦντος ἀλλοίους πόσει
γάμους παρεμπολοῦντος ἀλλοίους ἐμοῦ,

Med. 85 pro

τίς δ᾽ οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γιγνώσκει τάδε;

(ita enim distinguebant):

τίς δ᾽ οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γιγνώσκει σαφῶς;

Phoen. 264 pro

λαβόντες οὐκ ἐκφρῶς᾽ ἀναίμακτον χρόα
λαβόντες οὐ μεθῶς᾽ ἀναίμακτον χρόα.

Nimirum neque Med. 85 neque 909 intellegere poterant; atqui absurda ut proferrent in scena, a se non impetrabant; mutabant ergo. Phoen. 264 quod διὰ τὸ δυσέκφορον scripsisse feruntur μεθῶσι, ne id quidem mirabimur, modo reminiscamur, quam teretes prae nostris fuerint aures Graecorum. Miratur autem Wecklinus (ars Soph. em. 156), qui talia in editiones legendo destinatas propagari potuerint.

---

9) Quod pro προσβῆναι coniecit Hartungius προσστείχειν, eo alteram removeri offensionem, non item alteram facile intellegitur. Ceterum si quis acrius mihi institerit quaerendo, cur in his corruptelis explicandis usus non sim ratione proximo capite explicata, γραμμικήν quam aiunt ἀπόδειξιν mihi praesto non esse fateor. Cum tamen v. 70 corruptela pertineat ad sedem primam, in v. autem 490 vocabulum illi προσβῆναι simile vix inveniri possit, v. denique 710 aperte suppletus sit e v. 457 haec mihi visa est explicatio praestare.

Mihi non improbabile videtur haec postquam diu in scena audita essent, adeo inculcata fuisse audientium auribus, ut qui libros curarent describendos, recipienda existimarent.

At vero alia difficiliora sunt: Med. 356

οὐ γάρ τι δράσεις δεινὸν ὧν φόβος μ᾽ ἔχει.

Extat scholium hoc: οὐ γάρ τι δράσεις. Δίδυμος μετὰ τοῦτο φέρει τὸ ʽσιγῇ δόμους εἰσβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος᾽ καὶ μέμφεται τοῖς ὑποκριταῖς ὡς ἀκαίρως αὐτὸ τάσσουσιν et ad v. 379, post quem ille versus in codicibus exhibetur: ὧδε καλῶς κεῖται. Δίδυμος σημειοῦται, ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν δύο (?) τὸ ʽσιγῇ δόμους εἰσβᾶσα᾽.[10]) Librariorum errore si tale quid commissum audirem, non mirarer, histriones tam inepte versum repetivisse nequeo mihi persuadere.

Med. 146 Μη. φεῦ φεῦ· θανάτῳ καταλυσαίμαν
βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα.
Χο. ἄιες ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς
ἀχὰν οἵαν ἁ δύστανος
μέλπει νύμφα;
160 Μη. ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι᾽ Ἄρτεμι,
λεύσσεθ᾽ ἃ πάσχω, μεγάλοις ὅρκοις
ἐνδησαμένα τὸν κατάρατον
πόσιν.
168 Χο. κλύεθ᾽ οἷα λέγει κἀπιβοᾶται
Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά θ᾽ ὃς ὅρκων
θνητοῖς ταμίας νενόμισται;

Quae extat discrepantia v. 160 inter et 169, eam Apollodorus Tarsensis removisse sibi visus est v. 148, qui chori est, Medeae tributo cf. schol. Par. Ars. p. 17, 14 τοῦτο δὲ (v. 148) Ἀπολλόδωρος τῆς Μηδείας φησίν, ἀπὸ δὲ τοῦ ʽἰαχάν᾽ τοῦ χοροῦ, ἵν᾽ ἔχῃ λόγον τὸ ʽἐπιβοᾶται Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά τε᾽, τοὺς δ᾽ ὑποκριτὰς συγχέειν. p. 18, 24 Ἀπολλόδωρος μὲν οὖν φησιν ὁ Ταρσεὺς τῆς ἀμφιβολίας αἰτίους εἶναι τοὺς ὑποκριτὰς συγχέοντας τὰ χορικὰ τοῖς ὑπὸ Μηδείας λεγομένοις. Grammatici sapientiae ἀπορίας et λύσεις quaerentis perquam convenit hoc commentum; histrionem tam ineptum fuisse aegre adducor ut credam.

---

10) Secuntur apud Dindorfium sola virgula separata haec: καύσω ἢ σφάξω αὐτούς. Quibus verbis vix opus est moneam novum contineri scholium vv. 378 et 379 complectens. Ceterum scribendum fortasse est: Δίδυμος ⟨δὲ⟩ σημειοῦται. Didymus enim qui post v. 356 legi illum versum iubeat, aperte dissidet ab eo, qui scribit ὧδε καλῶς κεῖται. Numero autem binario id significari in codicibus et post v. 379 et post v. 40 legi versum de quo agimus, fortasse recte suspicor; eum tamen sensum elicere e verbis ἐπὶ τῶν δύο non possum.

Sed quid ego credam vel non credam, eccuius interest? Agedum firmius quaeramus fundamentum, in quo niti possint hae suspiciones.

Andr. 6 ζηλωτὸς ἔν γε τῷ πρὶν Ἀνδρομάχῃ χρόνῳ,
νῦν δ᾽ εἴ (οὔ BCL) τις ἄλλη, δυστυχεστάτη γυνὴ
ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε

Schol. Vat. Par. p. 124,7 ss. ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε: οἱ ὑποκριταὶ τὸν ἴαμβον προσέθηκαν ὑπονοήσαντες εἶναι τὴν γραφὴν 'δή τίς' [δ᾽ ἥτις B om. a corr. Kirchhoff], ἵν᾽ ᾖ οὕτως [a: ὁ B] 'νῦν δή τίς ἄλλη' καὶ ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ τὸ δυστυχεστάτη † φησίν.

Considera quaeso, qualia iubeamur credere: histriones opinati εἶναι τὴν γραφὴν 'δή τίς' — velim edocear, unde hoc potuerint 'opinari' — rati δυστυχεστάτη pro δυστυχεστέρα dictum esse — quasi nihil sit proclivius ad suspicandum quam comparativi munere fungi superlativum — versum adiecerunt — quasi illo concesso δυστυχεστάτη dici posse pro δυστυχεστέρα non potuerit intellegi versus:

νῦν δή τίς ἄλλη δυστυχεστάτη γυνή;

Mentiri eum, qui talia nobis imponere conetur, auderem dicere, etiam si testimonium non adesset. Atqui adest. Leguntur enim in codice Vaticano eidem versui adscripta haec[11]: (p. 124, 2) ... οὕτω γράφων εἶπε τὸν ἕτερον τῶν δύο στίχων περισσόν, ἐκδεχόμενος τὸν νοῦν, νῦν δ᾽ εἴ τις ἄλλη, ἀντὶ τοῦ ὡς οὔτις ἄλλη, δυστυχῶ γυνή, εἰ μή τις θελήσοι ἐκδέξασθαι τὸ οὐχ ὑπολαμβάνω, εἰ ἄρα τις γυνὴ ἀθλιωτέρα μού ἐστιν. Ex quo efficitur, quae nunc volgatur lectio, eam soli coniecturae grammatici alicuius deberi, quam alius ut probabiliorem redderet, dolo malo accusaverit histriones, traditum autem esse

νῦν δή τίς ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ
ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε;

Iam vero non sine ratione a me statutum iri opinor et Apollodorum ineptae coniecturae fidem adstructurum in suspicionem adduxisse histriones et deceptum certe fuisse Didymum, dum de vv. 356 et 379 ea scribit quae supra exhibui, *omnino autem interdum grammaticos veteres usos esse histrionibus eodem modo, ut nos utimur 'interpolatore'*.

Videmur nobis iam carere posse coniectura Friderici Heimsoeth prolata in ind. scholl. Bonn. sem. hib. 1873/4: qui illud rectissime sensit non posse quae in scholiis tribuerentur histrionibus, re vera omnia ab iis profecta esse; idem cum non auderet diffidere gram-

---

11) Invenitur similis notula in codice Marciano, qua adhibita restituit ea Dindorfius quae ego exhibui.

maticis antiquis, ὑποκριτάς 'interpretes' esse posse suspicatus est. Cui coniecturae plaudi unquam potuisse nequeo satis mirari; nempe novam et inauditam statuere tritissimi vocabuli notionem, cuius alibi nec vola extet nec vestigium, eam ultimam oportet esse rationem; interpretes autem num tu putas ad mutationes descensuros fuisse διὰ τὸ δυσέκφορον (schol. Phoen. 214)? Rectissime contra, si quid video, idem l. l. p. 6 exposuit in schol. Med. 228 de scripturae diversitate omnino non agi; quapropter eum locum omisi.

Caput tertium.

Habere sua fata libellos non mediocriter experti sunt Laurentianus L (plut. 32, 2) et Palatinus P (inter Vatt. 287) codices Euripidei. Nam postquam per tria fere saecula innixi erant editores Aldinae ex hac stirpe derivatae illaque familia[12]) in eo fuerat honore, in quo tunc fere habebatur lectio 'volgata', quam coniecturis in textum receptis commaculare piaculum fere existimaretur: ubi primum Adolphi Kirchhoffii opera quam ingressi erant viam Carolus Lachmann et Nicolaus Madvig, ea etiam in Euripide patefacta est, adeo cecidit horum librorum auctoritas, ut admodum sublestae fidei iudicati prorsus despicerentur prae codicibus scholiorum adparatu instructis. Contra cum utriusque codicis tum Laurentiani patrocinium suscepit Udalricus de Wilamowitz-Moellendorf et humanius certe iudicavit de illis Rudolphus Prinz; hunc tamen nondum sibi satisfecisse Wilamowitzius compluribus exemplis demonstravit (Herm. XV, 481 ss.). His ego locis pauculos addere posse mihi videor.

Primum enim quod dubitare aliquis possit, redeatne altera codicum Euripideorum classis in fabulis novem prioribus ad unam ex illis editionibus, quas intactas manibus grammaticorum Athenis olim pervolgatas fuisse existimandum est an hausta sit e libro ipso quoque scholiis instructo: hoc non illud esse et edixit Wilamowitzius (Herm. XIV, 178) et concedet quisquis deliberaverit esse ubi in vitiis consentiant codices omnes, medelam exhibeant scholia. Hinc efficitur, ut si quando ad familiam S accedat scholiorum auctoritas, quidquid praebeat Σ, utique id aut errori aut coniecturae sit tribuendum.

Med. igitur 214.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμφησθε

μέμφησθ' Ea] μέμφοισθ' B μέμψησθ' L μέμψοισθ' P cl. schol. Vat. Par. Ars. p. 21, 27 ἐξῆλθον πρὸς ὑμᾶς, ὦ γυναῖκες, ἵνα μή μοί

12) Quanquam ante Elmsleium prorsus non curabatur Aldinae origo.

τι μέμψηϲθε et schol. Par. Ars. p. 22, 2 ἐξῆλθον ἐκ τῶν δόμων, ἵνα μὴ μέμψηϲθέ μοι non erat recedendum ab eo, quod a Dindorfio receptum confirmat Rhes. 50

ἤλυθον ἄγγελοϲ, ὡϲ μήποτέ τιν' εἰϲ ἐμὲ μέμψιν εἴπῃϲ.

1351 autem

μακρὰν ἂν ἐξέτεινα τοῖϲδ' ἐναντίον
λόγοιϲιν

μακρὰν ἂν Ba] μακρὰν δ' ἂν E ἦ (ἢ L) μάκρ' ἂν S ἐναντίον Ba] ἐναντία Sb[s] ἐναντίοιϲ E, cum in schol. Vat. Par. Ars. p. 81, 17 clare extet ἢ μακράν (l. ἢ μάκρ' ἄν): μακρὰ ἄν ἐξέτεινα ῥήματα ἐναντία τοῖϲδε τοῖϲ λόγοιϲ S[1] i. e. hoc loco archetypi lectio commemoranda certe verbo erat. Eodem modo Alc. 479

ἀλλ' εἰπὲ, χρεία τίϲ ϲε Θεϲϲαλῶν χθόνα
πέμπει Φεραῖον ἄϲτυ προϲβῆναι τόδε;

Schol. Par. Ars. p. 102, 24 χρεία τίϲ ϲε: εἰπέ, τίϲ ϲε χρεία πέμπει προϲβῆναι Φεραῖον ἄϲτυ, πόλιν Θεϲϲαλῶν suffragatur alterius familiae lectioni.[13]) Quodsi Pherae ubi sitae essent, indicare voluisset scholiasta, dixisset πόλιν Θεϲϲαλίαϲ, non Θεϲϲαλῶν. Videtur autem suspicio de hac re Dindorfio suborta esse (adscripsit certe hoc scholium in poetarum scenicorum ed. V); sed in textu χθόνα reliquit.

Ceterum quae h. l. commutata videmus χθών et πόλιϲ, ea saepius fefellisse librariorum diligentiam demonstravit Nauckius bull. de l'acad. de St. Pétersbourg 12, 490. 17, 253. 22, 80; ego fortasse unum exemplum addere possum. Soph. Ai. 434 ss. in libris exhibetur:

ὅτου πατὴρ μὲν τῆϲδ' ἀπ' Ἰδαίαϲ χθονὸϲ
τὰ πρῶτα καλλιϲτεῖ' ἀριϲτεύϲαϲ ϲτρατοῦ
πρὸϲ οἶκον ἦλθε πᾶϲαν εὔκλειαν φέρων;

scholium autem in codice Laurentiano extat hoc: Ἰδαίαϲ: Ἰδαία τὸ πάλαι ἡ Τροία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆϲ Ἴδηϲ τοῦ ὄρουϲ. Atqui qui scriptum invenisset Ἰδαίαϲ χθονόϲ, quid erat quod de urbe Troia verbo diceret? Contra si extabat Ἰδαίαϲ πόλεωϲ, non inepte tale aliquid poterat comminisci.

Sed redeundum est in viam. Alc. 1024

δίδωμι τήνδε ϲοῖϲι προϲπολεῖν δόμοιϲ

προϲπολεῖν Σ] πρόϲπολον S. Scholiasta si προϲπολεῖν invenisset, dixisset δίδωμί ϲοι ταύτην δούλην εἶναι; nunc dixit p. 116, 4 δίδωμί ϲοι ταύτην δούλην ἔχειν. At quis auctor est tanta adcuratione a scholiasta Euripidis verba verti? Nemo; attamen si aliud discrimen praesto non est, ad hoc nos confugere ipsa ratio iubet.

---

13) De πόλιϲ vocabuli significatu cf. Strab. 356.

Unum inveni locum, ubi Σ adiuvent scholia, quin viderit Prinzius. Med. 1106

ἓν δὲ τὸ πάντων λοιcθίον ἤδη
πᾶcιν κατερῶ θνητοῖcι κακόν

κακόν Sa] κακῶν (ον sup. ῶν scr. m. 1.) E κακῶν Ba² cf. schol. Vat. Par. Ars. p. 68, 23 ἓν δὲ πάντων τῶν κακῶν τελευταῖον βούλομαι πᾶcιν ἀνθρώποις ἐξειπεῖν.

Est ubi recedendum sit a Prinzii iudicio propter normam illam, quae in scriptura sacra tot monstra peperit, eam dico quae a difficultate lectionis petitur. Velut Med. 82

ὦ τέκν᾽ ἀκούεθ᾽, οἷος εἰς ὑμᾶς πατήρ;

ὑμᾶc Σ] ἡμᾶc S

nonne subtilius anum ancillam quidquid pueris ipsi delegatis accidisset, sibi accidisse putantem faciemus, quam simpliciter pueros adloquentem? Quodsi quis cl. v. 74

καὶ ταῦτ᾽ Ἰάcων παῖδας ἐξανέξεται
πάcχοντας

clarius h. l. distingui liberos dixerit quam ut illis se adiungere possit nutrix: satis profecto perspicue dixerat Orestes (Soph. El. 73 ss.)

εἴρηκα μέν νυν ταῦτα· coὶ δ᾽ ἤδη γέρον
τὸ cὸν μελέcθω βάντι φρουρῆcαι χρέος.
νὼ δ᾽ ἔξιμεν· καιρὸς γάρ, ὅcπερ ἀνδράcιν
μέγιcτος ἔργου παντός ἐcτ᾽ ἐπιcτάτης;

paedagogus tamen (82 ss.)

ἥκιcτα· μηδὲν πρόcθεν ἢ τὰ Λοξίου
πειρώμεθ᾽ ἔρδειν κἀπὸ τοῦδ᾽ ἀρχηγετεῖν
πατρὸς χέοντες λουτρά.

Redit eodem Antiph. 4, δ, 3 εἴ τι γὰρ ὁ πατάξας διὰ τὴν πληγὴν βιαcάμενος ὑμᾶς ἐπιτρεφθῆναι ἰατρῷ μᾶλλον τοῦ ἀποκτείναντος φονεύς ἐcτιν, ὁ ἄρξας τῆς πληγῆς φονεὺς ἔcται („ὑμᾶc etiam mortuum complectitur.“ Blass); eodem fortasse versus omni coniecturarum genere vexatus Soph. OC. 1021

1019 Θη. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με
χωρεῖν, ἵν᾽ εἰ μὲν ἐν τόποιcι τοῖcδ᾽ ἔχεις
τὰς παῖδας ἡμῶν, αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί.

An Theseus, qui Oedipode iunior (1513) illius filias longe superet aetate (1751. 55. 60) et pridem laboribus suis functus sit

(562), cum patrem tuendum susceperit, paterno quodam amore inductus ʻnostras puellas' parum apte dicit Oedipi filias?[14])

Ad propositum redeo. Alc. 190

ἡ δὲ λαμβάνουϲ' ἐϲ ἀγκάλαϲ
ἠϲπάζετ' ἄλλοτ' ἄλλον

cum quod S praebeat ἐν ἀγκάλαιϲ, Hipp. 1432

λαβὲ ϲὸν παῖδ' ἐν ἀγκάλαιϲιν

confirmetur, mihi quidem ut Hartungio structura rarior praeferenda videtur.

Non tam Σ inter et S quam inter duas lectiones multo antiquiores (testantur scholia) diiudicandum est Med. 487:

Πελίαν τ' ἀπέκτειν', ὥϲπερ ἄλγιϲτον θανεῖν
παίδων ὑπ' αὐτοῦ, πάντα δ' ἐξεῖλον φόβον

φόβον Σ] δόμον S a^1 marg. schol. Par. Ars. p. 38, 3: πάντα δ' ἐξεῖλον: ἀντὶ τοῦ ἐπόρθηϲα· ἐὰν δὲ φόβον γράφηται, ἐξεῖλον ἀντὶ τοῦ διέφθειρα καὶ ἠφάνιϲα. Fortius se dicere Medeam totam Peliae domum exstirpavisse quam metu liberasse Iasonem quivis concedet; potuisse illud dici nemo negabit patre necato, filiabus patria pulsis; sed ne illud quidem video, quid timendum fuerit Iasoni reverso. Non timoris ergo, sed ut ulcisceretur eum, per quem regno pater ipsius spoliatus esset, Medeae artibus Peliam Iaso necaverat.

Externis magis quam internis rationibus commotus Alc. 717 a Prinzio recedendum existimo. Ibi enim

Σ: ϲημεῖα τῆϲ ϲῆϲ, ὦ κάκιϲτ', ἀψυχίαϲ
S: ϲημεῖά γ' ὦ κάκιϲτε ταῦτ' ἀψυχίαϲ.

Iam cf. 304. τούτουϲ ἀνάϲχου δεϲπόταϲ ἐμῶν δόμων

ἐμῶν Σ] τῶν ἐμῶν S

731 δίκαϲ τε δώϲειν ϲοῖϲι κηδεϲταῖϲ ἔτι

ϲοῖϲι aS] τοῖϲι ϲοῖϲι B

227 ὦ παῖ Φέρητοϲ οἵ' ἔπραξαϲ δάμαρτοϲ ϲᾶϲ ϲτερείϲ

ϲᾶϲ Σ] ϲῆϲ P τῆϲ ϲῆϲ L

318 οὔτ' ἐν τόκοιϲι ϲοῖϲι θαρϲυνεῖ τέκνον

ϲοῖϲι θαρϲυνεῖ, τέκνον S] τοῖϲι ϲοῖϲι θαρϲυνεῖ Σ (ad quem v. 227. 304. 731 Prinzius adtulit): nonne probabile videtur

---

14) Cf. v. 1016s.: ἅλιϲ λόγων· ὡϲ οἱ μὲν ἐξηρπαϲμένοι ϲπεύδουϲιν· ἡμεῖϲ δ' οἱ παθόντεϲ ἕϲταμεν.

illud τῆς in v. 717 indidem originem traxisse, in utriusque autem familiae archetypo extitisse:

σῆμειά γ' ὦ κάκιστε, σῆς ἀψυχίας?

Quod ubi primum inlapsum erat τῆς σῆς, vix poterat aliter immutari atque immutatum invenimus in Σ. Hoc autem si vere suspicati sumus, non dubitabimus prae hac lectione abicere illud ταῦτ' quod pro σῆς praebet S.

Quam in textum recepit Prinzius coniecturam ab ipso simul cum Wecklino factam Med. 1076

οὐκέτ' εἰμὶ προσβλέπειν
οἷα τε παῖδας,

ea an recta sit dubito. Nam meram coniecturam esse S^1 lectionem οἷα τ' ἐς ὑμας, cum οἷα τε * * * * * * B, οἷατε πρὸς ὑμᾶς B^1a^2E οἷα τε προς μᾶς a praebeant, eo efficitur quod Pseudogregorius[15]) 875. 1611 habet οἷα πρὸς ὑμᾶς. Sed tamen hoc non obstat, quominus vera sit. Atqui et vitii origo facile ita explicatur (cf. Wecklein ad. Hipp. 19) et Graece dici προσβλέπειν εἴς τινα testis est Plutarchus de gen. Socr. 28. ὁπλιζομένων δὲ ἡμῶν καὶ συναπτομένων αὖθις φαίνεται Χάρων ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ καὶ μειδιῶν καὶ προσβλέπων εἰς ἡμᾶς θαρρεῖν ἐκέλευσεν.

Disputatur in enneade fabularum Euripidearum prima non tantum de familiis librorum, verum etiam de codicibus singulis. Wilamowitzius enim (An. Eur. 7) Palatini Alcestin Hippolytum Medeam Andromacham non ex ipso S (quem ille Φ adpellat) descriptas statuit, sed e libris vel inde derivatis vel fraternitatis iure cum illo conexis, ita tamen ut in Alcestide et Hippolyto levius, gravius per Medeam et Andromacham e peiore aliquo familiae Σ libro inficerentur. Idem (de Rhesi scholiis 8) dubitari non posse censuit, quin solo

15) Scriptorem Christi patientis dico, Porsoni secutus exemplum (ad Eur. Or. 837); ingens enim labor vereor ne frustra impensus sit Brambsio (de auct. trag Graec., quae inscribi solet X. π. diss. Monac. 1883) demonstranti hunc centonem Theodoro Prodromo deberi. Delibera quaeso, quorum poetarum e carminibus hic cento consarcinatus sit: nonne miraberis, cur haec sibi maxime elegerit Theodorus, cur neque Aeschyli neque Euripidis exhauserit triades Byzantinas (Phoenissis enim, Septem, Persis usus non est), usus sit fabulis rarioribus, sed ne iis quidem omnibus? Mihi hac ipsa re videtur probari hunc poetam non fuisse hominem litteratum, fuisse clericum monasterii alicuius in solitudine degentem, cui cum nihil esset praesto poetarum antiquorum nisi Aeschyli Prometheus et Agamemno, Lycophronis Alexandra, Euripidis fabulae complures, ex his centonem efficere eum constituisse. Illi cum intellectum eius superarent, raro eos imitatus est; Euripidis dictionem faciliorem intellectu, si quis in superficie substiterit, perpetuo expressit. Theodorum ipsum quoque in monasterio diem supremum obiisse scio; sed eum ipse Brambsius vocat grammaticum. Similitudinibus autem ab illo congestis certi effici nihil tam palam est, ut de iis verbo dicere opus non sit.

Laurentiano fideliter S repraesentaretur, ut abiciendum esset quidquid a Laurentiano dissentiens praeberet Palatinus. Aliter se de his rebus iudicare non tam dixit quam significavit Rudolphus Prinz (praef. Med. 9): Wilamowitzii enim sententia omnino non commemorata S dicit codicem archetypum L^i et P^i. Reiecta eum Wilamowitzii sententia nihil ex Σ in P^{um} interpolatum existimavisse certo sequitur e Med. 480, ubi cum δέροc praebeat L, δέραc BEaP, ille hoc recepit. Quodsi usquam e Σ interpolatum P^{um} existimavisset, procul dubio rarius illud δέροc hic non minus praetulisset quam in v. 5, ubi idem exhibet L adiutus ille ab Eustathio in Il. p. 600. Tenuit hanc sententiam in recensenda Alcestide.

Plane igitur inter se contrarii sunt Prinzius et Wilamowitzius; hic interpolatum, ille non interpolatum P^{um} ex Σ dicit; hic si quando a L^o discrepans P facit cum Σ, e libro aliquo illius familiae eam lectionem deductam, ille a P^o genuinam S^i lectionem servatam, interpolando obfucatam a L^o censet. Mihi cum diligentius in rem inquirere esset in animo (virorum enim doctorum uterque de tripode locutus est), insigni liberalitate concessit Wilamowitzius, ut, quamdiu opus esset, uterer conlatione codicum L^i et P^i ab ipso instituta. Demonstrare autem conabor non carere omnino neque interpolationibus ab ipso librario profectis L^{um} neque lectionibus ex altera familia repetitis P^{um}; deinde de interpolatione, quam in Andromacha e Σ perpessus est P, quaedam disseram. Ceterum conlationibus Wilamowitzii et Prinzii ita utar, ut si quando alterius silentio erroris accusari videatur alter, ei credam qui diserte adnotet codicis scripturam.

Primum igitur inveniri in L^o, quae a P^o discrepantia coniecturae librarii attribui nequeant, i. e. ubi e Σ interpolatus sit P, ut ea mittam, de quibus dubitari possit, hisce duobus exemplis clare demonstratur: Med. 107

δῆλον δ' ἀρχῆc ἐξαιρόμενον
νέφοc οἰμωγῆc ὡc τάχ' ἀνάψει
μείζονι θυμῷ,

ubi cum L solus exhibeat ἀνάξει, in schol. Par. Ars. p. 14, 21 legitur ἐὰν δὲ γράφηται ἀνάξει, οἷον ἐπὶ πολὺ ἀνάξει τὰ τῆc ὀργῆc, οἷον ἄνω ἄξει, εἰc ὕψοc ἀνατενεῖ (Dindorf: ἀνατείνει codd.), ὅ ἐcτιν αὐξήcει τὸν θυμόν et Alc. 118

μόροc γὰρ ἀπότομοc
πλάθει,

ubi in BaP ἄποτμοc extat, in L^o ἀπό * * μοc, Wilamowitzio teste ita, ut a prima manu το scriptum fuisse adpareat: nempe talia non coniciuntur a librariis, ut certum sit his locis L^{um} S^i lectiones servasse, P^{um} inde ad familiam Σ descivisse.

Attamen cavendum est ne iusto pertinacius L^o nos addicamus: Med. 1078

καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά,
θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων

τολμήσω extat in Σ P, δρᾶν μέλλω in L°, cui suffragatur testium nubes. Credas certissime h. l. demonstrari e familia Σ pendere P^{um}. Meminerimus autem tertium extare huius classis testem Pseudogregorium; quem quamvis parvi aestimes, hanc tamen litem ad diiudicandam solus idoneus est. Est autem apud illum v. 1887 ss.

ὦ δραματουργὲ τοῦ φόνου τοῦ δεσπότου,
ὡς συνιεὶς μὲν οἷα τολμᾷς ἀφρόνως
δέξῃ βέλος δριμύ τι κατὰ καρδίας.

V. 1888 particula ibi omnino inepta satis iudicatur recte a Doeringio h. l. ad Med. 1078 relatum esse. Nec obstat συνιείς pro μανθάνων dictum, si quidem v. 859 pro δέργμα (Hipp. 1217) ὄμμα, v. 901 pro πύλας (ib. 1441) δόμους scriptum invenitur. Ceterum illud an hoc verius sit, cum nisi sensu diiudicari non possit, ne conabor quidem disceptare; satis habeo demonstrasse in codic S P^{i}, non L^{i} fuisse lectionem. Quodsi quis illud h. l. statuerit, quo semper ad irritum tales rationes deduci possunt, utramque lectionem ab S° exhibitam esse: qui is Christi patientis et P^{i} consensum explicare poterit? Illud autem δρᾶν μέλλω unde invaserit L^{um}, non difficile est ad coniciendum propter ipsam illam testimoniorum abundantiam; nonne apud nostrates litteratissimum quemque audimus dicentem: Dem Glücklichen schlägt keine Stunde, cum tamen 'in libris omnibus' extet: Die Uhr schlägt keinem Glücklichen? (cf. Büchm. s. v.). Vel ut reconditius aliquid proferam, qui Tellium describet, nonne vel invitus dicentes faciet Helvetios:

Wir wollen sein ein einig Volk von Brüdern,

quod tamen adcuratius consideranti languere adparebit prae illo quod scripsit Schillerus:

Wir wollen sein ein einzig Volk von Brüdern;

observavit hoc Koechlius Akad. Vortr. u. Reden II, 50. Quid igitur? L^{i} librarium in describendo dicto quod omnium ore tereretur, num incredibile est memoriae, non libri fidem secutum esse?[16]) Videor autem mihi vitium similiter ortum deprehendere in v. 30

ἣν μή ποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην

δέρην Σ P] κάρα L

v. s. Hec. 62

λάβετε φέρετε πέμπετ' ἀείρετε μου;

L ex Hipp. 198 αἴρετέ μου δέμας exhibet

16) Elucet autem non immutari rei statum, si ab Euripide scriptum δρᾶν μέλλω, ex incuria librariorum profectum τολμήσω censeamus.

λάβετε φέρετε πέμπετ' ἀείρετέ μου δέμας

ib. οἲ 'γὼ G οἲ ἐγὼ B οἶ ἐγὼ AE; L:

οἲ ἐγὼ προλείπω, λύεται δέ μοι μέλη ex Hec. 438[17]).

Alc. 837 ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία καὶ χεὶρ ἐμή,
a scripsit

ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία ψυχή τ' ἐμή

ex Or. 466 ὦ τάλαινα καρδία ψυχή τ' ἐμή

(notavit Prinzius); Heracl. 116

πρὸς τοῦδ' ἀγὼν τίς ἄρα τοῦδε τοῦ λόγου;

sic. l imitatus Or. 491

πρὸς τόνδ' ἀγὼν τίς † σοφίας ἥκει πέρι;

at L recte scripserat

πρὸς τοῦτον ἀγὼν ἄρα τοῦδε τοῦ λόγου.

Med. 487 πάντα δ' ἐξεῖλον δόμον; v. l. φόβον e Phoen. 991 πατρὸς ἐξεῖλον φόβον; plura si quis desiderabit, cf. Hec. 311 et Hipp. 1000, Hec. 1191 et Med. 582, Ar. Pac. 603 et Diod. XII, 40; iam cum inveniamus Hec. 500

πλευρὰς ἔπαιρε καὶ τὸ πάλλευκον κάρα,

nonne satis explicatus est librarii error nimis fideli memoria praediti?

Sed redeo in viam.

Alc. 46 ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα

μέτα La] μετά PB.

73 ἡ δ' οὖν γυνή

ἡ δ' οὖν L[1]] ἥδ' οὖν PB.

139 εἰ δ' ἔτ' ἔστιν 'Αδμήτου γυνὴ
εἴτ' οὖν ὄλωλεν, εἰδέναι βουλοίμεθ' ἄν.

βουλοίμεθ' ἄν La] βουλοίμεθα PB.

477 Ἄδμητον ἐν δόμοισιν ἄρα κιγχάνω;

κιγχάνω La] κιχάνω PB.

538 ξένων L[1]a ξείνων SB.

---

17) Nonne videtur simili aliquo modo natum Pindari illud Ol. II, 26 φιλέοντι δὲ Μοῖσαι, ut non tam eiciendum quam inter incerta Pindari fragmenta relegandum sit?

723 κακὸν τὸ λῆμα κοὐκ ἐν ἀνδράσιν τὸ σόν.

ἀνδράσιν L^1ap] ἀνδράσι PB.

803 ἐπιστάμεσθα ταῦτα

ἐπιστάμεσθα La] ἐπιστάμεθα PB.

807 κάτοισθα La^2 κατοῖσθα PBa^1.

1008 φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθέρως,
Ἄδμητε, μομφὰς δ' οὐχ ὑπὸ σπλάγχνοις ἔχειν.

μομφὰς La] μορφὰς PB.

1068 ὦ τλήμων ἐγώ.

τλήμων Lab] τλῆμον PB.

1156 βωμούς τε κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς

προστροπαῖς La] προτροπαῖς PB.

Quid censes? 'a in Alcestide textum a Byzantino grammatico interpolatum praebet' (Prinz, praef. Alc. I); quem in undecim correcturis leviusculis consentientem videris cum libro interpolato, de eius fide nonne aliquantulum dubitabis?

Nam scientiam huic librario non defuisse facile est ad demonstrandum: Alc. 1094

ὡς μήποτ' ἄνδρα τόνδε νυμφίον καλῶν

'sup. ὡς scr. L^1 ἴσθι'. Eruditius etiam 530

τί δῆτα κλαίεις; τίς φίλων ὁ κατθανών;

ἦν

φίλων Ba] οὖν P ἦν L (fuerat nimirum in S τίς οὖν vel versa vice) 'L^1 del. ἦν et in marg. φίλων scr.' Ergo excogitabat coniecturas, non recipiebat? Neque credibile hoc neque verum: 737

εἰ δ' ἀπειπεῖν χρῆν με κηρύκων ὕπο
τὴν σὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀπεῖπον ἄν

χρῆν B] χρή aS ν. add. L^1. servato accentu interpolationis h. l. convincitur L ut 883

∪ ∪ _ _ _
μία γὰρ ψυχή;

sic Σ; ψυχῇ γὰρ μιᾷ P μιᾷ γὰρ ψυχῇ L.

Hiatus admodum L^{um} offendebant; scripsit igitur

120	ἔχω 'πί	pro	ἔχω ἐπὶ	(falso)
570	χὠ	pro	καὶ ὁ	(falso)
391	χαῖρ'	pro	χαῖρε	(recte)
920	κἀπ'	pro	καὶ ἀπ'	(utrum recte an falso, diiudicari nequit)
1082	κἄτι	pro	καὶ ἔτι	(recte).

Non poterat profecto se continere, quin restitueret in integrum v. 527, quem ita luxatum et ille et P invenerant in S:

τέθνηκεν ὁ μέλλων καὶ ὁ θανὼν οὐκέτ' ἔςτιν.

Et P quidem fideliter versum prosa oratione decurrentem descripsit; L primum inter scribendum emendavit τέθνηκε μέλλων; postea cum intellexisset articulo aegre hic careri posse, superscripsit χ' ὁ. Reliqua facillime corrigebantur; ubi primum ex καὶ ὁ θανών effectum erat χὠ θανών, facile transponebantur vocabula: οὐκ ἔςτ' ἔτι. Erat igitur ortus versus haud inelegans:

τέθνηχ' ὁ μέλλων χὠ θανὼν οὐκ ἔςθ' ἔτι,

qui tamen satis longe distaret ab ea lectione, quam servavit Σ

τέθνηχ' ὁ μέλλων κοὐκέτ' ἔςθ' ὁ κατθανών.

Liceat autem paullulum h. l. subsistere. Miramur enim L[um] non intellexisse a sensu eodem modo ut a numeris indigna esse Euripide, quae invenisset tradita. Nempe parum apte Admetus: Qui moriturus est, inquit, mortuus est; qui mortuus est, iam non est, quasi edocendus fuerit Hercules mortuos non vivere. Immo si quid video, acumen h. l. Admetus captans dixerat

τέθνηχ' ὁ μέλλων κοὐκέτ' ἔςτ' οὐ κατθανών.

'qui moriturus est, is mortuus est et quamvis non decesserit, tamen iam non est.'

Sed redeundum est ad propositum: paullo levius se gessit L in stichomythia, qua inde a v. 374 Admetus et Alcestis inter se conlocuntur; ex ea cum v. 376 in codice archetypo intercidisset, P fideliter depinxit stichomythiam laesam eo, quod iam eidem personae duo versus obtigerant. Callidius L et hoc sensit et ut obliheret certe ulcus, quod sanare non posset, usque ad v. 391 Alcestidi tribuit Admeti versus, Admeto Alcestidis. Sed prorsus inconsiderate rem gessit in v. 487:

ἀλλ' οὐδ' ἀπειπεῖν τοὺς πόνους οἷόν τ' ἐμοί,

ubi cum traditum invenisset

ἀλλ' οὐδ' ἀπειπεῖν πόνους οἷόν τ' ἐμοί,

procacius hinc quam sollertius effinxit

ἀλλ' οὐδ' ἀπειπεῖν μ' ἦν πόνους οἷόν τ' ἐμοί.

Iam si in pauculis praeter ea quae adtulimus minutiis emendatiorem viderimus L[um], ecquid dubitabimus ipsius hoc potius sollertiae quam codicis archetypi praestantiae tribuere?

27 105 ἦμαρ L ἧμαρ ΣΡ
188 αὐτήν L αὑτήν ΣΡ
267 ποςί L πόςι ΣΡ
579 βαλιαί L βαλίαι ΣΡ
590 γύαν L γυᾶν B γῦιᾶν a ~ sup. υ del. a^1 γυίαν P
687 γύας L γύιας B γυίας Pa
788 πῖνε Lp πίνε ΣΡ
836 προαςτίου Lp προαςτείου ΣΡ
895 λῦπαι L λύπαι ΣΡ
955 ἰδοῦ L ἰδού ΣΡ cf. schol. B p. 113, 26 ἰδοῦ: ὅρα, ἴδε. τῇ προςῳδίᾳ ὡς γενοῦ· εἰ δὲ ἀπ' ἄλλου ἤθους, ἰδού.
1097 νυν L νῦν ΣΡ.

Vidimus opinor a L^1 librario archetypum in universum non minore diligentia quam sollertia recensitum et correctum esse.

Multo hoc minus de Medea valet. Ibi quoque aliquot minutiae, quales nunc ipsum enumeravi, correctae inveniuntur (nam de locis gravioribus veluti v. 1064 [cf. Herm. XV, 495], de quibus si modo recte iudicatur, codicis, non librarii virtus adparet, h. l. dicendum non est); est autem eiusmodi locorum numerus multo minor quam in Alcestide; versus sunt 1. 11. 30. 31. 110. 151. 152. 273. 287. 433. 439. 455. 641. 723. 736. 993. 1181. 1208. Interpolationis tribus locis convincere eum possumus: v. 30

28 ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάςςιος
κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων,
ἢν μήποτε ςτρέψαςα πάλλευκον δέρην
αὐτὴ πρὸς αὑτὴν πατέρ' ἐποιμώζῃ φίλον.

(Ita enim videtur v. 30 scriptum invenisse L in S.) Iam cum parum intellexisset, quid h. l. sibi vellet illud μήποτε, scribendum coniecit δή ποτε idque δ superscripto indicavit. Metrici munere functus est in v. 102

μηδὲ προςέλθητ', ἀλλὰ φυλάςςεςθ'
ἄγριον ἦθος

φυλάςςεςθε BE φυλάςεςθ' a φυλάςεςθε P φυλάςςε ∗ ∗ L φυλάςςετε L^1, neque minus infeliciter in v. 988

986 τοῖον εἰς ἕρκος πεςεῖται
καὶ μοῖραν θανάτου δύςτανος· ἄταν δ'
οὐχ ὑπερφεύξεται

ὑπερφεύξεται Σ] ὑπεφεύξεται P ὑπεκφεύξεται L. ὑπερφεύξεται Dindorfio non aptum visum est loco, mihi unice verum cll. locis a Wecklino adlatis Aesch. Pers. 109

φιλόφρων γὰρ ποτιcαίνουcα τὸ πρῶτον παράγει
βροτὸν εἰc ἄρκυαc ἄτα,
τόθεν οὐκ ἔcτιν ὑπὲρ θνατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν

(ubi equidem non subscripserim Hermanni coniecturae parum certo fundamento innisae, quae est ὑπὲκ) et Ag. 359; add. Bacch. 868:

ἡνίκ' ἂν φοβερὸν φύγῃ
θήραμ' ἔξω φυλακᾶc
εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων.

In Hippolyto certi nihil est. Suspicioni tamen ter L obnoxius:

184 οὐδέ c' ἀρέcκει τὸ παρόν, τὸ δ' ἀπόν

οὐδέ c' ἀρέcκει A] οὐδέν c' ἀρέcκει BP οὐδὲν ἀρέcκει L

293 κεἰ μὲν νοcεῖc τι τῶν ἀπορρήτων κακῶν,
γυναῖκεc αἵδε cυγκαθιcτάναι νόcον

cυγκαθιcτάναι ABP] cυγκαθίcτανται L

1336 ἔπειτα δ' ἡ θανοῦc' ἀνήλωcεν γυνὴ
λόγων ἐλέγχουc, ὥcτε cὴν πεῖcαι φρένα

λόγων ἐλέγχουc ABP] λόγοιc ἐλέγχουc' L.

In Andromacha unum locum qui huc pertineret, inveni. Quem antequam proponam, praemittenda aliqua sunt de Palatini in hac fabula interpolatione. Eum cum Wilamowitzius tantopere in hac fabula discrepare a L° intellexisset, ut vix tenue hic illic vestigium communis originis reperiretur, et hic et in Medea fluxisse statuit e codice contaminato ex S et Σ, ita ut propius accederet ad Σ quam in Alcestide et Hippolyto. Nititur ea sententia scholio, quod ita scriptum in Po invenitur:

'Ac. γαίαc — τὴν ἐν 'Αcίᾳ λέγει ὑποπλακίαν Θήβην | ἧc 'Ηετίων ἐβαcίλευεν, ἔνθα καὶ τὴν | Χρύcην καὶ τὴν Λυρνηccὸν ἐν τῷ τῆc Θήβηc πεδίῳ τάccουcιν, ὡc ὁ | Αἰcχύλοc Λυρνηccίαν δια προcαγορεύcαc τὴν 'Ανδρομάχην | ἐν τοῖc Φρυξὶ καὶ Ξενοφάνηc ἱcτορεῖ ἀνδραίμονοc αὐτὴν | λέγων. 'Ανδρέμονοc γένεθλον Λυρνηcίου, ὅθενπερ Ἕκτωρ | ἄλογον ἤγαγε φίλην. εἰcὶ δὲ Θῆβαι ὑποπλακίαι αἰ|γύπτιαι βοιώτιαι καὶ ἐν Φθιωτικῷ μέρει καὶ περὶ τὴν μύκλην.

Videntur autem de origine huius scholii plura sciri posse. Inspice enim hanc v. l. codd. BGMT excerptam e scholl. edd. a Dind. IV, 122, 123.

1. Ac. γαίαc —] Θηβαία πόλιc: BGMT λέγει] λέγει τὴν M 2 ἐβαcίλευεν] ἐβαcίλευcεν. Δικαίαρχόc φηcιν ἐνθάδε ἀπόcπαcμά τι μετὰ τοῦ Κάδμου οἰκῆcαι BM ἔνθα] ἐν ᾗ MB? τὴν Χρύcην] τὸν Χρύcην M τὴν Χρύcαν GT καὶ] δὲ καὶ BGMT Λυρνηccὸν] Λυρνηcὸν G (c superscr.) 3 Λυρνηccίαν δια]

Λυρνηccίδα BGMT 4 Φρυξὶ καὶ Ξενοφάνης] Φρυξὶν ἔνθα καὶ ξένως BGMT (ξένων M) ἱcτορεῖ ἀνδρέμονος] ἱcτορεῖ Ἀνδραίμονος BGT ἱcτοριανδρέμονος M 6 ὅθενπερ Ἕκτωρ] ὅθεν παρ’ Ἕκτορος GT ἄλογον ἤγαγε φίλην] ἄλοχον ἤγαγε φίλην BGT ἄλοχον ἤγαγε φίλην. Φιλέας δὲ καὶ ἐν θαλαccίᾳ φηcὶν ἐν τῷ Φθιωτικῷ τέλει Θήβας εἶναι. Θεόπομπος δὲ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς καὶ περὶ τὴν Μυκάλην Λευκάλην ἅλας εἶναί φηcι, ταύτας δὲ μιλιcίους ἀλλάξαcθαι πρὸς αὐτοὺς M εἰcὶ δὲ] πέντε εἰcὶ BM ὑποπλακίαι] ὑποπλάκιοι M ὑποπλάκιαι BGT 7 αἰγύπτιαι βοιώτιαι] βοιώτιαι αἰγύπτιαι M ἐν Φθιωτικῷ] .ἐν Φθοιωτικῷ G ἐν τῷ Φθιωτικῳ BM μύκλην] μυκάλην B (?) M θαικίλην GT.

Consensu qui ll. 2 et 8 adparet inter P et GT illius scholium manasse demonstratur e codice necessitatis aliquo vinculo cum GT conexo. Iam cum in G argumento scholium illud de quo agimus, adnexum sit (in T utrum sit argumentum necne nescitur), possis suspicari libri G errore P^um commotum esse, ut scholium describeret. Sed obstant (ut de G^i aetate nihil dicam, quem saeculo XVI adscribit Dindorfius) vv. 5. 7. 9 discrepantiae, inprimis vero mirum illud λυρ-
δα
νηccίαν δια ortum probabiliter ex λυρνηccίαν. Unde concludimus in archetypo codd. G et T item argumento adnexum fuisse illud scholium; postea G nihil mutasse eundemque errorem in P^um esse traductum.

Confirmatur autem hoc exemplis plurimis, quae ex omnibus fabulae partibus sumere licet:

	GTP	L
25	πλαcθεῖc’	[πλαθεῖc’][18])
53	τίνει	κτείνει
65	νῦν δυcτυχεῖ	νῦν δὲ δυcτυχεῖ
82	μῶν οὐ δοκεῖ coι	μῶν οὖν δοκεῖc coυ
83	μολεῖν cύ μοι	cύ μοι μολεῖν
109	αὐτὴ	[αὐτά]
114	ὑποτειρομένα	[ὕπο τειρομένα]
123	λεχῶν	[λέκτρων]
	οὐ	
130	θεᾶc GP θεᾶc T	θεᾶc
135	ἀγλαήν	[ἀγλαόν]
140	τάλαινα	ὦ παντάλαινα
154	τοιοῖcδ’ ἀμείβομαι	τοῖcδ’ ἀνταμείβομαι
163	θεῶν τίc c’ ἢ βροτῶν	[βροτῶν τίc c’ ἢ θεῶν]
210	τίθειc GT τίθεἴc P	τίθηc L
213	χρῆν	χρή
225	ἐνδώην	[ἐνδοίην]

18) Uncinis ea includo, de quibus e Wilamowitzii silentio conclusi.

	GTP	L
232	παρίϲταται	προϲίϲταται
275	ἐϲ Ἰδαίαν ἦλθεν ἄπαν GT ἦλθε νάπαν P	[Ἰδαίαν εἰϲ νάπην ἦλθ᾽]
276	γόνοϲ	τόκοϲ
284	ἦλθον	[ἤλυθον]
297	βόηϲε	[βόαϲε]
303	τύραννον	τυράννων
306	δέκ᾽ ἔτ᾽ εἰϲ ἀλάληντο	[δεκέτειϲ ἀλάληντο]
312	τοῦτόν τε καί	[τοῦτον δὲ τοὺϲ]
316	πότερα	πότερον
321	ἐϲτίν	[ἔϲτ᾽]
408	εἵνεκ᾽	[οὕνεκ᾽]
423	καὶ ϲὴν παῖδ᾽	ϲὴν παῖδ᾽
432	κτεῖναι	[κτανεῖν]
467	ἔριδ᾽	[ἔριδαϲ]
470	εὐνὰν ἀνδρόϲ	ἀνδρὸϲ εὐνάν
532	οἶκον	οἴκων
578	χειρόϲ	χεῖραϲ
653	δουριπετῆ	δοριπετῆ
698	ἔχειϲ	[ἔχει]
723	[ἐν Φθίᾳ ϲ᾽ ἐγώ]	ἐγώ ϲ᾽ ἐν τῇ Φθίᾳ
810	κτείνουϲα	κτείναϲα
848	πέραϲ	πέτραϲ
850	μέλλω	[μέλω]
883	δὴ τίϲ ὤν	τίϲ ὤν γε
898	γυνή	κόρη
1136	παῖδεϲ	πούϲ
1218	γάμοιϲι	γάμοιϲ
1224	οὐκέτι	[οὔτε]
1244	χρῆν	χρή.

Accurate examinatis omnibus eis locis, ubi non ad Σ desciscat P neque tamen cum L^o faciat, unum invenio, quo videatur interpolasse L^i librarius v. 79:

Ἀνδ. οὐδ᾽ ἀμφὶ Πηλέωϲ ἦλθεν ὡϲ ἥξοι φάτιϲ;
Θε. γέρων ἐκεῖνοϲ ὥϲτε ϲ᾽ ὠφελεῖν παρών.

γέρων γ᾽ L^{1}GT alii libri proletarii. Hic cum P de interpolatione suspectari nequeat, L recordatus eorum locorum, ubi in stichomythiis γέ additum invenerat responsis, videtur particulam addidisse.

Recte igitur illud Wilamowitzius dixit in Andromacha e Σ interpolatum esse P^{um}, monendum est autem inde de Medea concludi nihil posse. Nam Taurinensis unam continet Andromacham; in Guelferbytano Andromacha a manu multo recentiore atramento pallidiore scripta est seiuncta a reliquis fabulis Euripideis, quae eo codice continentur; ergo codicum G et T archetypus hanc unam fabulam continuit.

Caput quartum.

Scholiorum Euripideorum ad textum redintegrandum pretium, si Dindorfium audias (praef. ed. Oxon. 1839 p. XIII), admodum exiguum est. Idem tamen ab eodem quin de scholiis Sophocleis falso sit praedicatum, cum post Heimreichii curas (prog. Plun. 1884) dubitare nemo possit, hic quoque ne praepropere fidem illi habeamus, cavendum est. Videamus igitur, si quos in lucem protrahere possimus eius generis locos ei praetermissos.

Hipp. 47 ἣ δ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακὸν
τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
δίκην τοσαύτην ὥστ' ἐμοὶ καλῶς ἔχειν.

Versui primo adscriptum est in codice Par. a ἐγὼ μὲν φιλῶ αὐτήν, quibus verbis non verti ἣ δ' εὐκλεὴς μέν, sed aliud quidpiam in propatulo est. Quod quale sit, difficile est dictu; potest latere εὐφιλής vocabulum ex uno loco Aesch. Ag. 34 notum. Quodsi quis spreverit libri Parisini ut interpolati auctoritatem, meminerit coniecturam illam, qua Med. 148 emendabat Apollodorus, apud solos Par. Ars. commemorari. Ego vero fateor mihi sensum a scholiasta exhibitum multo magis placere quam quod et extet in libris et in reliquis scholiis explicetur; nam si Weilio, Wilamowitzio (An. Eur. 210), Wecklino obsecutus ad εὐκλεής suppleas ἀπόλλυται, quae tandem est illa Phaedrae morientis εὔκλεια[19])? sin cum Bartholdo ad mores eiusdem εὐκλεής referas, mihi quidem videtur languidius fama Phaedrae praedicari, ubi γενναιότητα potius illius vel simile aliquid laudari expectem.

Hipp. 198 αἴρετέ[20]) μου δέμας, ὀρθοῦτε κάρα,
λέλυμαι μελέων σύνδεσμα, φίλαι.
λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας, πρόπολοι.

εὐπήχεις χεῖρας quod dici posse Dindorfius satis probatum existimat v. 605 πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου, falsus est; ὠλένη enim cum sit ubi significet manum, δεξιὰ εὐώλενος eodem iure dicitur quo καλλίπηχυς βραχίων Tro. 1194 cf. Wecklin. ad Med. 176. 200. Nam qui negavit Eur. Iph. T. 966

ἴσας δέ μοι
ψήφους διερρύθμιζε Παλλὰς ὠλένῃ

19) Venit in exodo Diana demonstratura Hippolyti φρένα δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ; quae autem Hippolyto εὔκλειαν reddit, ab eadem nonne necesse est eandem Phaedrae adimi?

20) Praefert Wecklinus ἄρατε, quae est lectio Marciani et Parisini E; in scholiis autem cum legatur ἐπαείρετε, volgatam censui retinendam.

sanum esse Ioannes Kviçala (Berichte der Akad. z. Wien 29, 259), is oblitus erat Bacch. 1125:

λαβοῦcα δ' ὠλέναιc ἀριcτερὰν χέρα
πλευραῖcιν ἀντιβᾶcα τοῦ δυcδαίμονοc
διεcπάραξεν ὦμον, οὐχ ὑπὸ cθένουc,
ἀλλ' ὁ θεὸc εὐμάρειαν ἐπεδίδου χεροῖν.

Lyc. 205 cτερρὰν ἐνοπλιοῦcιν ὠλέναιc πλάτην
1183 ταῖc δεcποτείαιc ὠλέναιc ὠγκωμένον

(quam locutionem a Lycophrone non proferri ἀμάρτυρον per se intellegitur). Tamen Baccharum illum locum artificiosa explicatione conatus est detorquere F. G. Schmidtius (Jahrbb. f. Phil. 89, 235): 'Auch hier ist man nicht genöthigt, an die Hände zu denken, sondern Agaue fasst mit den Armen die Linke des Sohnes, um die Schulter auszureissen.' Videmus quantum valeat sententia praeiudicata. Sed illud recte requiri potest, ut pluribus exemplis res tam mira qualis est duorum membrorum confusio[21]), comprobetur: v. s. Eur. El. 1023

λευκὴν διήμηc' Ἰφιγόνηc παρηΐδα;

non malam, sed collum discidit Agamemno; quamquam hunc locum et corruptum iudicavit Nauckius et emendavit Schenkelius:

λευκὴν διήμηc' Ἰφιγόνηc δέρην ξίφει,

id quod illi paene certum visum est, non visum est Kviçalae

λευκὴν διήμηc' Ἰφιγόνηc παιδὸc δέρην

Weilioque

λευκὴν διήμηc' Ἰφιγόνηc δέρην πατήρ

proponentibus. Illud vero apprime mirum quod lacunam a se expleri putat Schenkelius ad id tempus oblitteratam ex Med. 1148:

λευκήν τ' ἀπέcτρεψ' ἔμπαλιν παρηΐδα.

Quid ergo? Hoc loco ecquid non agitur de collo? An expalluit Glauce? Opportune cecidit, quod huius loci interpretem ipsum nanciscimur Euripidem: Med. 30

ἢν μή ποτε cτρέψαcα πάλλευκον δέρην
αὐτὴ πρὸc αὑτὴν πατέρ' ἐποιμώζῃ φίλον.

Hoc igitur loco adlato nihil probat Dindorfius; adferre autem poterat, si demonstrare volebat Graece dici posse εὐπήχειc χεῖραc Dem. Phal. 2 (nam quae fortasse in eundem finem disseruit et con-

---

21) Membra omnino inter se disiuncta et diversa confundi nunquam posse consentaneum est; non veniunt in censum nisi vicinae corporis partes et confines.

legit Stephanus, ea intellegere mihi non contigit): ὡς γὰρ τῆς χειρὸς οὔσης ὅλου τινὸς μέρη αὐτῆς ὅλα ὅλης ἐστίν, οἷον δάκτυλοι καὶ πῆχυς· ἰδίαν γὰρ περιγραφὴν καὶ ἴδια μέρη ἔχει οὕτω . . κτλ.[22]).

Sed tamen Phaedram, dum amore, pudore, dolore conficitur, dum iamiam cogitatione in mortem intenta est, num sine offensione audimus manuum teneritate gaudentem? Etsi Wilamowitzio aliter visum (Herm. XV, 477 adn.), me hoc ferre non posse fateor. Vereor autem, ne ille Euripidem defensurus librariorum potius quam poetae patrocinium susceperit. Inspice enim schol. Marc. Vat. Par. Ars. p. 104, 7 ὁ δὲ νοῦς, ἐπιθεῖσαι τοῖς ἑαυτῶν ὤμοις τοὺς ἐμοὺς βραχίονας καὶ ταῖς χερσὶν ἀντερειδόμεναί μου τοῦ αὐχένος, οὕτως με ἐπαίρετε. Accurate considera, qualia iubentem scholiasta faciat Phaedram (quae uncinis includam ea a me addita scito). Primum Phaedrae bracchia [apprehendere et] ipsarum umeris imponere iubentur; (duae scilicet ancillae cogitandae sunt;) dein [hoc postquam altera dextrâ sinistrâ altera fecerunt, iam illa sinistrâ haec dextrâ] terga Phaedrae suffulcientes de lectulo eam iubentur tollere. Fac quaeso videamus, unde haec sumpserit grammaticus; nam apud Euripidem eorum nec volam nec vestigium extare dabis. Invenitne scriptum scholiasta quod olim coniecit Hartungius:

λάβετ' εὖ πήχεις χερσὶν πρόπολοι?

Nam si quis 'plane superfluum' dixerit illud χερσίν, non pugno, sed poetas emendare nostrum non est; atqui et Sophocles dixit (Ai. 660)

ἐγὼ γάρ, ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενέστατον

et Euripides Med. 1034

καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν

et vero magis etiam mire Pindarus (Ol. X 65)

εὐθὺν τόνον ποσσὶν τρέχων,

unde concludimus recte a Kirchhoffio ita immutatum esse Eur. El. 96:

ἵν' ἐκβαίνω (ἐκβάλλω codd.) ποδὶ
ἄλλην ἐπ' αἶαν

22) Pleraque horum prior vidit Bartholdus. Videbantur autem alia paullulum immutanda, alia addenda, omnia fusius tractanda. Ceterum ne illi quicquam videar subtrahere, totam eius adnotationem describam: εὐπήχεις χεῖρας] 'die Hand am schönen Arm', wie Phoen. 1351 λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν = κτύπους λευκοπήχεων χεροῖν (Enallage) und unten δεξιᾶς εὐωλένου (605) [haec parum certa esse spero iam apparuisse], wenn nicht in beiden Fällen πῆχυς und ὠλένη geradezu = χείρ gesetzt ist [hoc de vocabulo πῆχυς demonstrari non potest], wie Iph. T. 966. Dann stände der Ausdruck auf gleicher Stufe mit..... [secuntur exempla fere eadem quae ego p. 265 laudavi].

cf. Nauck ad Soph. Ant. 855, ubi certo ab eo restitutum existimo ποδοῖν pro πολύν.

Hipp. 247 τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμην ὀδυνᾷ
τὸ δὲ μαινόμενον κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ
μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι.

Ad v. 248 adscriptum videmus in Par. Ars. p. 110, 8—12 αὐτὸ τὸ μανιῶδες κακὸν μέν, ὅτι ἃ μὴ βούλεται φθέγγεται[23]), κρατεῖ δὲ καὶ ὑπερέχει τοῦ μετὰ συνειδήσεως ἀπολέσθαι· οὔτε γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων ἐν τῇ μανίᾳ αἰσθάνεται οὔτε τοῦ θανάτου τὴν ἀλγηδόνα λογίζεται τῶν τοῦ βίου τερπνῶν ἀποστάς. Verbis quae sunt τοῦ μετὰ συνειδήσεως ἀπολέσθαι explicari lectionem τοῦ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι non est quod pluribus persequar; neque quod in Marciano 'totum hoc scholium' non extare dicitur, magni facimus, si quidem id quod ibi extat ἀντὶ τοῦ κρεῖσσόν ἐστι καὶ ὑπερέχει τὸ μετὰ συνειδήσεως ἀποθανεῖν et per se ineptum et corrigendum est in τοῦ μετὰ συνειδήσεως ἀποθανεῖν, neque vero magis Vaticanus nos decipiet; cuius librarius cum illud acute perspexisset explicationem cum textu parum consentire, impudenter interpolavit: κρατεῖ δὲ καὶ ὑπερέχει τὸ μὴ αἰσθανόμενον, ἀλλ' ἐν τῇ μανίᾳ ἀποθνήσκειν. (Interpolatori enim hoc deberi inde concludimus, quod in reliquis Vat. consentit cum Marc. Par. Ars., in postremis tantum vocabulis

---

23) Putaverit aliquis inserendum esse ⟨ὁ μαινόμενος⟩; aegre enim hoc suppleri ex illo τὸ μανιῶδες. V. s. tamen Arist. pol. 3, 1279 a 8 διὸ καὶ τὰς πολιτικὰς ἀρχάς, ὅταν ᾖ κατ' ἰσότητα τῶν πολιτῶν συνεστηκυῖα (sc. ἡ πολιτεία) καὶ καθ' ὁμοιότητα, κατὰ μέρος ἀξιοῦσιν ἄρχειν. Quem locum cum iniuria addubitatum existimem a Spengelio, Ramsauero, Schlossero neque de hoc usu dicendi fusius quisquam egerit, proferre liceat mihi quae conlegi: eth. Nic. 3, 1115 b 32 διὸ καί εἰσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν θρασύδειλοι· ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσιν. pol. 8, 1311 a 33 τῆς δ' ὕβρεως οὔσης πολυμεροῦς ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον γίνεται τῆς ὀργῆς. Rhet. 1, 1366 b 4 ἀνάγκη δὲ μεγίστας εἶναι ἀρετὰς τὰς τοῖς ἄλλοις χρησιμωτάτας, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετική· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους μάλιστα τιμῶσιν· ἡ μὲν γὰρ ἐν πολέμῳ, ἣ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ χρήσιμος. 1408 a 1 ἔτι δὲ τὰ μὲν παραδείγματα δημηγορικώτερα, τὰ δ' ἐνθυμήματα δικανικώτερα· ἣ μὲν γὰρ περὶ τὸ μέλλον, ἣ δὲ περὶ ὄντων ἢ μὴ ὄντων, οὗ μᾶλλον ἀπόδειξίς ἐστι καὶ ἀνάγκη. Met. 1, 469 a 23 Ὅλως τε σημεῖον τοῦ εἰδότος τὸ δύνασθαι διδάσκειν ἐστὶν καὶ διὰ τοῦτο τὴν τέχνην τῆς ἐμπειρίας μᾶλλον. οἰόμεθα ἐπιστήμην εἶναι· δύνανται γάρ, οἳ δ' οὐ δύνανται διδάσκειν. eth. Nic. 6, 1413 b 28 εἰ δὲ μὴ τούτου χάριν φρόνιμον θετέον, ἀλλὰ τοῦ γίγνεσθαι, τοῖς οὖσι σπουδαίοις οὐθὲν ἂν εἴη χρήσιμος· ἔτι δ' οὐδὲ τοῖς μὴ ἔχουσιν· οὐθὲν γὰρ διοίσει αὐτοὺς ἔχειν ἢ ἄλλοις ἔχουσι πείθεσθαι. Rhet. 1, 1382 a 25 τὰ γὰρ πόρρω σφόδρα οὐ φοβοῦνται· ἴσασι γὰρ πάντες ὅτι ἀποθανοῦνται, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγγύς, οὐδὲν φροντίζουσι. E poetis Graecis similia congesserunt Valckenaerius ad Phoen. 12, Porsonus ad Hec. 22, Nauckius ad Soph. El. 962 OC 731, quibus addas Pind. Nem. VIII, 21, e poetis Latinis Munro ad Lucr. IV, 934; ac ne apud nostrates quidem omnino talia desunt cf. Schiller, Wallensteins Tod v. 897 Goed., Goethe, Faust I, v. 717 Loep.

discrepat.) Quae in Vat. Par. Ars. secuntur, iis confirmatur suspicio. Ἄλλως: τὸ δὲ μαινόμενον <:> (lemma hoc est, quod seiunctum a reliquis oportuit) ἀντὶ τοῦ κακὸν μὲν τὸ μαίνεσθαι, ἀλλὰ κρατεῖ, τουτέστι κρεῖσσόν ἐστι καὶ ὑπερέχει τοῦ μετὰ συνειδήσεως ἀποθανεῖν. Hinc seiungenda sunt, quae secuntur: ὡσεί τις λέγοι· λυσιτελές ἐστι μὴ γιγνώσκοντα ἀπολέσθαι ὡς κρείσσονος ὄντος τοῦ τοιούτου βίου, quae qui scripsit, legit

μὴ
τοῦ γιγνώσκοντ᾽ ἀπολέσθαι.

Hipp. 719 οὐ γάρ ποτ᾽ αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους
οὔτ᾽ εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι
αἰσχροῖς ἐπ᾽ ἔργοις οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς.

Unius se animae causa recte Phaedra proavorum gloriam dedecoraturam negat, non recte Thesei se in conspectum venturam, quod dictura non poterat non dicere οὕνεκα ψυχῆς ἐμῆς[24]). Inspice schol. Marc. Vat. Par. p. 158, 6 ἐγὼ γὰρ τῆς μιᾶς μου ψυχῆς καταφρονήσασα πολλὰς ἑτέρας διασώσω, τὰς τῶν οἰκείων δηλονότι ῥυσαμένη τῆς αἰσχύνης. οὐχ ὑπερτιμήσω οὖν τὴν μίαν μου ψυχὴν τῆς αἰσχύνης τῶν πολλῶν: num dubitabis restituere Euripidi

οὐ γάρ ποτ᾽ αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους
αἰσχροῖς ἐπ᾽ ἔργοις οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς?

Pellexerant interpolatorem et praepositionis ἐπὶ usus paullo exquisitior neque tamen is de quo dubitari possit (cf. Hes. theog. 540 ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ εὐθετίσας. Theogn. 29 μηδ᾽ αἰσχροῖσιν ἐπ᾽ ἔργμασι μηδ᾽ ἀδίκοισι τιμὰς ἕλκεο . . . μηδ᾽ ἄφενος) et quod delicatiores aures offendere possit αἰσχυνῶ αἰσχροῖς ἐπ᾽ ἔργοις, non mirandum illud apud Euripidem. Cf. El. 696 πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζους᾽ ἐμῇ. schol. Vat. ἀντὶ τοῦ διασταλτικοῦ τὸ μιᾶς εἶπε si obstaret, scriptum post factam interpolationem diceremus: nunc fortasse ne obstat quidem. Nam cum διασταλτικόν sit pronomen quod distinguat inter se duas personas (Apoll. de pron. 598, 3 cf. schol. Eur. Med. 334), nihil videtur grammaticus monuisse nisi Phaedram cum diceret μιᾶς, voluisse ἐμῆς, id quod poterat moneri, sive aderat sive non aderat v. 720. Neque rectius obicietur violata aequabilitas, quae extiterit nutricis inter et Phaedrae ῥήσεις (695—701 ~ 706—712 ~ 715—721), cum non de coniectura, sed de scholiorum testimonio versum 720 obelo notaverim.

24) Bartholdus ita haec verba explicat: μιᾶς] geringschätzig: 'um des einen Lebens willen', d. h. um mein elendes Leben nur ja zu retten. Quae si recte intellexi, sicut 'unus' pro solo, ita εἷς pro μόνος hoc loco usurpatum esse volt. Id autem fieri posse, nisi exemplis convictus, credere nequeo.

Sed ut omnem effugiam cavillationem, v. 706 absurdum esse vidit Bartholdus:

δέσποιν᾽ ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά·
τὸ γὰρ δάκνον σου τὴν διάγνωσιν κρατεῖ·
ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ᾽, εἰ δέξει, λέγειν.

ἔχεις τἀμὰ μέμψασθαι κακά i. e. q. habes quae male a me gesta reprehendas i. e. non sine iure me reprehendis. Cuius dicti causa et ratio adfertur haec: Aegritudine tibi praepeditur iudicium. Eiecto hoc versu (qui mihi videtur facilius eici quam inserto σ᾽ εἰκός corrigi), haec evadit numerorum series[25]):

$$6 + 2 \quad 2 + 7 + 2 \quad 6 + 2,$$

qua mihi quidem videtur satisfactum arti Euripidis.

Schol. Alc. 447 cavendum est ne in errorem abripiamur:

πολλά σε μουσοπόλοι
μέλψουσι καθ᾽ ἑπτάτονόν τ᾽ ὀρείαν
χέλυν ἔν τ᾽ ἀλύροις κλέοντες ὕμνοις

p. 102, 3 οὐρείαν χέλυν: τὴν λύραν. ἀπὸ τῆς χελώνης ὀρεινῆς ἡ λύρα ἐστίν. εἰσὶ δὲ καὶ ἔνυδροι· διὸ ὀρείαν εἶπεν. Ἄλλως. τουτέστι μετὰ λύρας. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ· 'καὶ πεζὰ καὶ φορμικτά' καὶ πεζαὶ δέ τινες ἑταῖραι λέγονται, αἳ χωρὶς ὀργάνου εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσιν. ἑπτάτονος χέλυς: ἀντὶ τοῦ ἑπτάχορδος. Consideranti ea quae hic exscripsi inde ab Ἄλλως usque ad φοιτῶσιν, adparebit verbis τουτέστι μετὰ λύρας explicari illud καθ᾽ ἑπτάτονον ὀρείαν χέλυν, proxima cum hoc nullo vinculo conexa esse. Et priora quidem (καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ — φορμικτά) cur a scholiasta scripta sint, suspicari certe possumus; volebat ille videlicet similem oppositionem atque quae interest inter καθ᾽ ἑπτάτονον ὀρείαν λύραν et ἀλύροις ὕμνοις adferre. At cur adiecit sequentia? Nonne statuendum est invenisse eum aliquid, quod similiter dictum esset atque illud πεζός in versu Sophocleo? Tale autem vocabulum cum inveniri vix possit, nonne ipsum illud πεζός hic inserendum est?

Nubem nos amplecti intellegemus cl. Phot. s. v. πεζῷ γόῳ. ἄνευ αὐλοῦ ἢ λύρας, ὡς καὶ πεζαὶ ἑταῖραι αἱ χωρὶς ὀργάνων μισθαρνοῦσαι (similia conlegit Porsonus, adverss. 268), unde conicimus scholiastam propter causam supra explicatam adferre voluisse Sophoclis illud ex Aiace Locrensi. Quod cum non satis teneret memoria, lexicon suum evolvit, in quo s. v. πεζός eum locum inveniri sciret.

25) Nolim hoc ita accipi, quasi probentur mihi conamina eorum qui 'in numerato habent' tragoediam Graecam. Sed qui facetissime refutavit 'Pythagoristas' detectis similibus numerorum rationibus apud Schillerum et Goethium Heimsoethius, idem invitus demonstravit aliquid veri illorum studiis subesse: illud dico omnes poetas etiam nescios aequabilitatis studio quodam duci.

Ubi cum haec fere invenisset: πεζῷ γόῳ. ἄνευ αὐλοῦ ἢ λύρας. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ· ʻκαὶ πεζὰ καὶ φορμικτά' καὶ πεζαὶ δέ τινες ἑταῖραι λέγονται αἳ χωρὶς ὀργάνου εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσιν, per incuriam non solum locum illum Sophocleum, verum etiam ea descripsit, quae sequebantur.

Phoen. 1067:

Ἀγγ. ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ;
ἀνοίγετ' ἐκπορεύετ' Ἰοκάστην δόμων.
ὠή, μάλ' αὖθις διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως
ἔξελθ', ἄκουσον, Οἰδίπου κλεινὴ δάμαρ,
λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.

Quid sibi vellet illud διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως, intellegere nunquam potui. Iocasten enim solitam esse domi se continere neque adhuc quisquam dixit neque potuit apte dici de ea, quam sine ulla causa in exordio prodeuntem domo viderimus. Iam vero apud Dindorfium ad v. 1073 adscriptum videmus hoc scholium: οὐ (sic) παρ' ἀσπίδα βέβηκας: ἐν τοῖς πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται ὁ στίχος οὗτος. Quae adnotatio nunc intellegi nequit, cum nesciamus, utrum defuerit v. 1073 an 1074.[26]) Sub textu autem haec Dindorfius: ʻοὐ γράφεται ὁ στίχος A (Vaticanus), qui haec verba adiungit schol. 1069 post ἔξελθ' ἄκουσον'. Atqui Arsenii auctoritas nulla est, Parisini plus valet, nullo tamen modo aequiparat Vaticanum; unde traditum esse concludimus in libris plerisque defuisse v. 1070. Quo omisso[27]) leni mutatione sententiam quae probari possit recuperabimus:

ὠὴ μάλ' αὖθις· διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως
λήξεις ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.

Quaerentem cur placuerit interpolatori versum inserere, monebimus Or. 1023

οἰκτρὰ μὲν τάδ' ἀλλ' ὅμως,

ubi addidit nescio quis hunc versiculum certo scholiorum testimonio refutatum:

φέρειν ἀνάγκη τὰς παρεστώσας τύχας.

Andr. 814:

811 μόλις δέ νιν θέλουσαν ἀρτῆσαι δέρην
εἴργουσι φύλακες δμῶες ἔκ τε δεξιᾶς
ξίφη καθαρπάζουσιν ἐξαιρούμενοι.
οὕτω μέγ' ἀλγεῖ.

---

26) Kirchhoffius qua de causa ad v. 1075 hoc rettulerit, non invenio.

27) Fictus videtur esse ad exemplar v. Heracl. 643:

643 ὦ μῆτερ ἐσθλοῦ παιδὸς Ἀλκμήνην λέγω,
ἔξελθ' ἄκουσον τούσδε φιλτάτους λόγους.

In codice Vaticano qui adscripsit μετανοήcαcα λυπεῖται, nonne legit μεταλγεῖ? v. Or. 38

37 ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰc
Εὐμενίδαc, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ

primus expunxit Nauckius. Eundem non potest invenisse qui adnotet (schol. Marc. Vat. Par. Ars.) ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεάc ⟨:⟩ τὰc Ἐρινῦc. οὐκ ὀνομάζουcι δέ, ἀλλ' εὐφημιζόμενοι cεμνὰc θεὰc ἢ Εὐμενίδαc καλοῦcιν nec magis videtur nosse Eubulus (fr. 64, II, 1, 180 K)

τεῦτλ' ἀμπεχομένηc παρθένου Βοιωτίαc
Κωπᾳδοc· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεάν.

Liceat autem propter argumenti similitudinem singulos Pindari et Sophoclis locos his adicere: Pyth. IV, 75

τὸν μονοκρηπῖδα πάντωc ἐν φυλακᾷ cχεθέμεν
μεγάλᾳ
εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ cταθμῶν ἐc εὐδείελον
χθόνα μόλῃ κλειτᾶc Ἰωλκοῦ
ξεῖνοc αἴτ' ὦν ἀcτόc.

Vereor ne operosum negotium impositurus fuerit Apollo Peliae, si re vera quisquis uno calceo indutus adpareret, sive indiges sive peregrinus esset, cavere iussisset. Rectius paraphrasis (Lehrs Pind. p. 125): ξένοc ὢν καὶ πολίτηc. ὁ Ἰάcων δηλονότι· καὶ πολίτηc μέν, ὅτι Ἰωλκίουc εἶχε τοὺc γονεῖc, ξένοc δὲ ὅτι τεχθεὶc ἐκεῖ παρὰ τῷ Χείρωνι ἀνετράφη, unde restituimus:

ξεῖνοc ἠδ' ὦν ἀcτόc.

Magis etiam quam h. l. mirum et lectionem aliquam scholiastae Sophoclei OC. 314 tamdiu latere potuisse

κρατὶ δ' ἡλιοcτερὴc (ἡλιοcκεπὴc Nauck)
κυνῆ πρόcωπα Θεccαλίc νιν ἀμπέχει.

Schol. τὸ ἑξῆc δέ· κρατὶ ἡλιοcτερὴc κυνῆ i. e. ordo verborum grammaticus hic est. Ergo in textu scholiasta alium ordinem invenit. Quapropter hoc fere a Sophocle scriptum existimo:

πρόcωπα Θεccαλίc νιν ἀμπέχει κυνῆ.

Error fortasse inde natus, quod numeris τὸ ἑξῆc indicabatur (cf. Lehrs, Pindarscholien 41), quibus numeris interdum iubebantur legentes transponere vocabula (cf. e. g. Aesch. Eum. 79).

Cum optimo iure monuerit Wilamowitzius (An. Eur. 267) scholiastarum lectiones omnes, non bonas solum proponendas esse, liceat aliquas, quae vel parum auctoritate commendatae vel aperte falsae sint, proferre.

Eur. Hipp. 1223

αἳ δ' ἐνδακοῦσαι cτόμια πυριγενῆ γναθμοῖc
βίᾳ φέρουcι

in scholiastae paraphrasi duplex latet lectio: αἳ δ' ἐνδακοῦσαι: αἱ δὲ πῶλοι δακοῦcαι καὶ ἐγκρατήcαcαι τοὺc χαλινοὺc, τοὺc ἐκ πυρὸc γενομένουc ἐν ταῖc cιαγόcι καὶ διάπυροι γενόμεναι ἔτρεχον [καὶ] μήτε τοῦ ἡνιόχου φροντίδα ποιούμεναι μήτε τῶν χαλινῶν: πυριγενῆ et πυριγενεῖc. Eodem referendum est Pind. Ol. 2, 22

ἐcλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάcκει
παλίγκοτον δαμαcθέν.

Schol.: ἀντὶ τοῦ ἡττηθὲν εἰc τοὐπίcω τὸν κόπον ἀποβαλὸν καὶ εἰc λήθην ἐκπῖπτον τῶν κακῶν ἢ παλίγκοτον, ἵνα εἴπῃ τὸ ἰcχυρὸν παρὰ τὸ β' ἐπιφοιτᾶν; duae explicantur lectiones παλίγκοπον et παλίγκοτον. Saepius enim diversarum vv. ll. explicationes sola particula disiunctiva separantur: Aesch. Pers. 609:

βοόc τ' ἀφ' ἁγνῆc λευκὸν εὔποτον γάλα.

Scholio: λευκῆc ἢ ἀγελαίαc ἢ ἀcινοῦc tres nisi fallor redduntur lectiones: βοόc τ' ἀπ' ἀργῆc, βοόc τ' ἀπ' ἀγέληc, βοόc τ' ἀφ' ἁγνῆc. Coniecturis pridem tentatur Pind. Ol. 9, 47

ἔγειρ' ἐπέων cφιν οἶμον λιγύν;

nondum vidi observatum scholio τὸν τῶν ἐπέων λιμένα, καθόρμιcον εἰc τὸν ὕμνον τοῦτον subesse v. l. ὅρμον λιγύν. Putaverit fortasse quispiam eodem pertinere Hipp. 954

'Ορφέα τ' ἄνακτ' ἔχων
βάκχευε πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούc;

quem v. codicis Parisini corrector ita inlustravit: (p. 172, 15) τιμῶν οἰκίαc τὰc ὑπὸ τῶν φορολόγων εἰcγεγραμμέναc. Primo haec obtutu cuivis corrupta videbuntur conicietque fortasse, quod haud ineleganter conici audivi τιμῶν cκιὰc τὰc ὑπὸ τῶν φυcιολόγων εἰcγεγραμμέναc; quod ne probemus obstat illud εἰcγεγραμμέναc. Sed ubi inspexeris, quae congessit Ducangius s. v. καπνόc 'novell. Isaaci Comneni lib. 2 iuris Graeco-Rom. scholion p. 121 in Epitom. Canon. ibid. 7 ὡcαύτωc ὑπὲρ τοῦ κανονικοῦ ἀπὸ τοῦ ἔχοντοc χωρίου λ' καπνοὺc νόμιcμα χρυcοῦν ἕν', scies quo iure καπνούc per οἰκίαc vertere posse sibi visus sit scholiasta. γράμματα autem cum procul dubio intellexerit τιμητικὰ γράμματα (Dion. Hal. IV, 22), ne vectigalium quidem exactores mirabimur.

Caput quintum.

Fridericus Heimsoeth ut erat omnino paullo pertinacior in eligendis medelarum generibus, ita quasi odio quodam persequebatur

lacunas (cf. e. g. Krit. Studd. I, 116) iisque vel audacissimas mutationes praeferebat. Quam opinionem falsam esse atque iniustam non est quod pluribus exponam: nam quod quidam dicunt ut admodum facilem ad proponendum ita incertam hanc esse medendi rationem: modo eam unusquisque sibi sanciat legem, ut exemplo demonstret potuisse eum quem flagitet sensum sermone expressum illi scriptori convenienti, ubi ipse statuat, ibi delitescere (quam legem quando liceat migrare opus non est exponere), satis erit cautum ab ariolationibus; certa autem (quoad in arte critica certum dicimus) lacuna erit, ubi in singulis vocabulis et notionibus nihil sit offensionis, desit cogitatum vel cogitati particula, quae litterarum mutatione probabili nequeat procudi.

Conemur autem quae diximus exemplis aliquot comprobare. Ant. IV γ 1 τὸν γὰρ ἄνδρα ὁμολογῶν τύπτειν τὰς πληγάς, ἐξ ὧν ἀπέθανεν, αὐτὸς μὲν τοῦ τεθνηκότος οὔ φησι φονεὺς εἶναι, ἡμᾶς δὲ τοὺς τιμωροῦντας αὐτῷ ζῶν τε καὶ βλέπων φονέας αὐτοῦ φησιν εἶναι. Haec si sana sunt, acriter inter se opponuntur αὐτὸς μέν — ἡμᾶς δέ, τοῦ τεθνηκότος — αὐτοῦ, οὔ φησι φονεὺς εἶναι — φονέας φησὶν εἶναι. Atqui ita non solum sine ulla necessitate additur illud τοὺς τιμωροῦντας αὐτῷ, ut quod in hac sententiarum oppositione nullius sit momenti, verum etiam pro αὐτῷ desideramus ἐκείνῳ; quod ni substitutum erit, ad reum vel inviti hoc pronomen referemus. Quid dederit Antipho, clare elucebit, modo a reliquis seiungas verba ζῶν τε καὶ βλέπων φονέας αὐτοῦ φησιν εἶναι; iam ea quae praecedunt (αὐτὸς μὲν τοῦ τεθνηκότος οὔ φησι φονεὺς εἶναι, ἡμᾶς δὲ τοὺς τιμωροῦντας αὐτῷ) inlustrabuntur verbis β 4 δι' ὑμᾶς τοὺς συμβούλους διαφθαρείς; quae autem relinquuntur, ea ita supplenda esse adparet: ⟨οὐδὲ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ⟩ ζῶν τε καὶ βλέπων φονέας αὐτοῦ φησιν εἶναι.

[Dion. Hal.] ars rhet. VI 5 ἀπὸ ἡλικίας (sc. proficiscendum est ei qui orationem funebrem componat) εἰ μὲν νέος ὢν τοῦτο πάθοι, ὅτι θεοφιλής· τοὺς γὰρ τοιούτους φιλοῦσιν οἱ θεοί· καὶ ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν πολλοὺς ἀνήρπασαν ... καὶ μακάριοι φεύγοντες τὰ ἀλγεινὰ τοῦ βίου καὶ τὰ πάθη τὰ συμπίπτοντα τοῖς ἀνθρώποις μύρια ταῦτ' ὄντα καὶ ἄπειρα, ὀφθαλμῶν πηρώσεις, ποδῶν, ἑτέρου τινὸς μέρους τοῦ σώματος καὶ ὅτι τῷ ὄντι ἡ νόσος ἀλγεινοτάτη. Quid censes? Nonne ridicule ex omni malorum congerie, qua obruti sumus mortales, solae eliguntur ὀφθαλμῶν πηρώσεις, ποδῶν, ἑτέρου τινὸς μέρους τοῦ σώματος? Sed haec omnia senibus imminent, dixeratque igitur Dionysius personatus: τὰ συμπίπτοντα ἀνθρώποις ⟨ἐν γήρᾳ⟩, μύρια ταῦτ' ὄντα καὶ ἄπειρα ... καὶ ὅτι τῷ ὄντι ⟨αὕτ⟩η νόσος ἀλγεινοτάτη. Confirmat coniecturam Luc. de luct. 16, ubi ita patrem adloquitur filius mortuus: τί μοι λοιδορῇ καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς καὶ δύσμορον πολύ σου βελτίω καὶ μακαριώτερον γεγενημένον; ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; ἢ διότι μὴ τοιουτοσὶ γέρων ἐγενόμην, οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλήν,

τὴν δὲ ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, κυφὸς καὶ τὰ γόνατα νωθὴς καὶ ὅλως ὑπὸ τοῦ χρόνου σαθρός; Axioch. 367 B κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν, πολλάκις δὲ ἄμφω. κἂν ἐπιμείνῃ τις, παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρήρθρωσεν.

Plutarchus de cohib. ira 11 (p. 459 D) ἀεὶ μνημονεύων καὶ διανοούμενος πρὸς ἐμαυτόν, ὡς οὔτε ὁ τοξεύειν ἡμᾶς διδάξας ἐκώλυσε βάλλειν οὔτε τῷ κολάζειν ἐμποδὼν ἔσται τὸ διδάσκειν εὐκαίρως τοῦτο ποιεῖν καὶ μετρίως καὶ ὠφελίμως καὶ πρεπόντως. Frustra quaeritur in priore membro aliquid, quod adverbiis illis εὐκαίρως ... καὶ μετρίως καὶ πρεπόντως respondeat. Quibus notionibus cum totum contineatur loci acumen, persuadere mihi non possum Plutarchum haec omisisse, sed scripsisse eum reor: διανοούμενος πρὸς ἐμαυτόν, ὡς οὔτε ὁ τοξεύειν ἡμᾶς διδάξας ⟨στοχάζεσθαι κελεύσας⟩ ἐκώλυσε βάλλειν ...

His ego praemissis pauculis poetarum tragicorum locis hanc medicinam adhibebo.

v. Eur. Hipp. 88

ἄναξ· θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών·
ἆρ' ἄν τί μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;

duplex in scholiis explicatio circumfertur, altera p. 89, 4 θεοὺς γὰρ καὶ σωτῆρας τοὺς δεσπότας καλεῖν χρή et 9 ὡς τῆς ἄναξ προσηγορίας θεοῖς ἁρμοζούσης recte illa a Valckenaerio repudiata (cur enim servum tam inepte adulantem faceret Euripides?), altera p. 89, 5 δύναται δὲ ⟨καὶ⟩ τὸ μὲν ἄναξ ἐπὶ τοῦ Ἱππολύτου, τὸ δὲ δεσπότας ἐπὶ θεῶν. εἰκὸς γὰρ καὶ αὐτὸν μέλλοντα περὶ τῆς θεοῦ συμβουλεύειν πάσης ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπερτιθέναι τὸ † κρυπτόν (κρεῖττον Ars. ⟨θεῖον⟩ κύριον ⟨ὄν⟩?) et 9 δύναται δὲ καὶ οὕτως ἀκούεσθαι ὡς τοῦ πρεσβύτου τὸν μὲν Ἱππόλυτον ἄνακτα λέγοντος, τοὺς δὲ θεοὺς δεσπότας· καὶ γὰρ (περ libri) εἰκὸς μέλλοντα συμβουλεύειν περὶ τοῦ μὴ ὑπερφρονεῖν τὴν Ἀφροδίτην οὕτω καὶ ἄρξασθαι σεμνύνοντα τὸ θεῖον καὶ ὑπερτιθέντα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Hanc Valckenaerius amplexus interpretationem confirmare conatus est loco Xen. Anab. III, 2, 13 οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ μόνους τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε; secuti autem sunt Monkius, Weilius, Bartholdus, Wecklinus. Ego vero etiamsi illo loco probaretur solos deos a Graecis domini nomine appellatos esse (id quod non probatur; neque enim varias ibi appellationes Xenophon distinguit, sed nullum a Graecis praeter deos dominum προσκυνεῖσθαι dicit), quid ad Euripidem hoc faceret, non intellegerem. Qui si soleret neglegentius se gerere in hac lege observanda (Bartholdi verbis utor), nihil morarer; nunc centies ter hominibus hoc vocabulum tribuit, deis quater. Vereor igitur ne risuri fuerint Athenienses servulum Prodici vestigiis tam infeliciter insistentem. Succurrendum quomodo loco sit, haesito. Poteratne dicere servus: 'Domine! ⟨adloqui te audeo;⟩ deos enim

dominos appellari oportet (e deorum enim voluntate nos omnes pendemus)'? Diiudicent hoc sermonis Graeci peritiores; ego dubito interimque examinandam propono coniecturam hanc:

ἄναξ· θεοὺς γὰρ δήποθ', οὓς καλεῖν χρεὼν
⟨ἡγεῖ μόνους εὐχαῖσιν, ἅλις ἐγουνάσω⟩·
ἆρ' ἄν τί μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;

Aut per ironiam pluralem numerum usurpat servus, cum de una Diana loquatur, aut is hic cernitur usus, cuius exempla conlegit Leo, de Senecae tragg. obss. critt. 150. δήποτε pro δέσποτα restituit (quamquam dubitanter ut in scriptore nimium quantum inepto) Meinekius Alciph. III, 28.

Quin etiam despecta hac medela succurrere posse mihi videor loco qui per tria saecula non destiterit eludere criticorum impetus: Iph. T. 94 ss.

σὲ δ' ἱστορῶ
Πυλάδη, σὺ γάρ μοι τοῦδε συλλήπτωρ πόνου,
τί δρῶμεν; ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς
ὑψηλά· πότερα δωμάτων προσαμβάσεις
ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἂν
ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς;
ὧν οὐδὲν ἴσμεν. ἢν δ' ἀνοίγοντες πύλας
ληφθῶμεν εἰσβάσεις τε μηχανώμενοι,
θανούμεθ'· ἀλλὰ πρὶν θανεῖν νεὼς ἔπι
φεύγωμεν, ᾗπερ δεῦρ' ἐναυστολήσαμεν;

ἐκβαίνειν de escendendis scalis dici posse paullo levius videntur sumpsisse editores. Nam si qui Phoen. 100 κλίμακ' ἐκπέρα ποδὶ adferunt: aliud est περᾶν, aliud βαίνειν; dicitur τί μέλλεις ὑπώροφα μέλαθρα περᾶν, non dicitur eo quidem sensu μέλαθρα βαίνειν.

Demonstrata est difficultas. Quam priusquam enodemus, considerasse e re erit, quemadmodum in agenda hac fabula scena fuerit adornata. In scena quae proprie dicebatur, repraesentatum fuisse templum Dianae dubium non est. Ad templum autem scalis escendebatur; sumamus igitur adclinatas eas fuisse scenae, supra eas portam et columnas pictas. Ante templum ara cernebatur (v. 72); sumas hanc ante scalas exstructam fuisse. Iam reminiscere proscenii angustiarum: concedes si scalae ibi exstructae fuissent, vix potuisse agere histriones. Quid igitur? Scalae quas desideramus, nonne e proscenio ferebant in orchestram?[28]) Orestes autem et Pylades nonne

28) Quae de his rebus disputavit Ioannes Hoepken (de theatro Attico saec. a. Chr. V. p. 10 ss. [diss. Bonn. 1884]), ea h. l. accurratius examinare non possum. Logeum autem Aristophanis temporibus super orchestram elatum fuisse me quidem iudice satis probatur Ar. Eq. v. 149

in hac fabula id faciunt, quod dicit Pollux IV 127 εἰcελθόντες εἰc τὴν ὀρχήcτραν ἐπὶ τὴν cκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουcιν?

Quem locum rectissime mihi videtur explicavisse Kolsterus (Soph. Studd. 8); idem et probavit me quidem iudice in Philocteta Sophoclea ex orchestra ascendisse histriones et iure adsensus est Geppertio idem factum esse in Ione Euripidea. Quae autem de Electra Sophoclea protulit, ea hic liceat denuo explicare. Videntur enim et paullo luculentius aptiusque ad persuadendum proferri posse et paulo aliter proferenda esse. Conspicitur in hac fabula in scena regia Pelopidarum. Fac statim in scenam prodire paedagogum et adulescentes. Nempe stant ante ipsas aedes i. e. Mycenis. Qui potest igitur Orestem iubere paedagogus:

οἷ δ' ἱκάνομεν,
φάcκειν Μυκήνας τὰc πολυχρύcουc ὁρᾶν,

quasi Mycenas nondum advenerint? At ἱκάνω saepe idem valet quod ἀφῖγμαι. Audio; sed tamen accurate deliberantibus adparebit nisi fallor in hunc locum hoc non quadrare. Etenim nos quoque dicimus: Ich komme mich dir selber zum Geschenk zu geben, sicut dixit Sophocles OC. 576

δώcων ἱκάνω τοὐμὸν ἄθλιον δέμαc
cοὶ δῶρον,

non dicimus: Hier ist der Tempel Apollons, dort der Heratempel; der Ort, an den wir kommen, ist Mykenai, si Mycenis sumus. Conferas autem quibus praeter hunc locis apud Aeschylum et Sophoclem (abstinuit enim vocabulo Euripides) legitur ἱκάνω (Aesch. Pers. 159. Ag. 1291. Soph. Ant. 224. El. 1102); nusquam videbis praesentiae notionem absentiae oppositam. Ex quo effectum est non posse in Electra e parasceniis in scenam egredi histriones. Iam vero facillime omnia explicata erunt, modo in orchestram eos prodire sumas: ubi constiterunt, ad Orestem conversus paedagogus:

ὦ τοῦ cτρατηγήcαντοc ἐν Τροίᾳ ποτὲ
Ἀγαμέμνονοc παῖ, νῦν ἐκεῖν' ἔξεcτί cοι
παρόντι λεύccειν, ὧν πρόθυμοc ἦcθ' ἀεί.

Dein manu per totum theatrum (quod proprie intellectum volo) circumacta:

τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργοc οὗ 'πόθειc τόδε,
τῆc οἰcτροπλῆγοc ἄλcοc Ἰνάχου κόρηc.

ἀνάβαινε cωτὴρ τῇ πόλει. Demosthenem enim iubere potuisse iisiciarium in eadem planitie stantem ἀνάβαινε, cum nihil fuerit dicendum nisi πρόcιθι, id ego nunquam concedam.

Iam certum aliquem locum significans:

αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος,

post sinistrorsum se convertens:

οὑξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός·

ad postremum a spectatoribus ad scenam conversus:

οἷ δ' ἱκάνομεν
φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν

et ascendens ad ascendentes:

πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε ss.[29])

Liceat autem paullulum hinc digredi. Duplex enim in scholiis opinio profertur de loco ubi agatur Electra. Qui ad. v. 7 scripsit: ἔστι γὰρ ἐξ ἀριστερᾶς τῶν Μυκηνῶν τοῖς ἀπὸ Κορίνθου εἰσιοῦσιν Ἥρας ναός· ἐκ Φωκίδος δὲ παραγενόμενοι διὰ Κορίνθου πεποίηνται τὴν ὁδόν, is Mycenis esse paedagogum Orestem Pyladem existimavit (cf. schol. 1. τὸν καιρὸν ἐν ᾧ πάρεισιν εἰς τὰς Μυκήνας); qui ad v. 9 adnotavit Ὅμηρος χωρίζει τὸ Ἄργος καὶ τὴν Μυκήνην, οἱ δὲ νεώτεροι τὴν αὐτὴν Μυκήνην καὶ Ἄργος φασίν, is per se aut de Mycenis aut de Argis potest cogitasse, esse ab eo Argos significatos patet e schol. 6 παραγενόμενοι οὖν εἰς Ἄργος ὁ τροφεὺς δείκνυσιν αὐτῷ τὴν πόλιν. Et haec quidem facile intelleguntur, non item quae sequuntur: λέγων ἔστιν οὐκ ἄπωθεν τῶν Μυκηνῶν, ἀλλ' ἐξ ἀπόπτου φαίνεται καὶ τὸν ναὸν τῆς Ἥρας ἐξ ἀριστερᾶς ὄντα Μυκηνῶν τοῖς ἀπὸ Κορίνθου εἰσιοῦσιν. Primum enim si qui Argos venerunt indeque respiciunt templum Iunonis, non e sinistra Mycenarum, sed e dextra Argorum situm esse dicent. Unde statim nascitur suspicio postrema illa ἐξ ἀριστερᾶς ὄντα Μυκηνῶν τοῖς ἀπὸ Κορίνθου εἰσιοῦσιν e schol. 9 huic scholio addita esse ab eo qui quid sibi vellet illud τὴν πόλιν iam non perspiceret. Dein vero ubi tandem auditur paedagogus λέγων ἔστιν οὐκ ἄπωθεν τῶν Μυκηνῶν, ἀλλ' ἐξ ἀπόπτου φαίνεται? Qui autem potest dicere quisquam non procul abesse aliquid, sed tamen cerni de loco elato? Immo haec quoque, si quid video, necesse est exulent. Et vide, quam apte se reliqua excipiant: ὁ τροφεὺς δείκνυσιν αὐτῷ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν

29) Quae ind. scholl. Gott. sem. hib. 1875/6 eum in finem disputavit Fridericus Wieseler, ut Iunonis templum in ea periacto pictum fuisse demonstraret, quae loquenti a sinistra esset, in altera forum Lyceum, ea ideo nequeunt recta esse, quia illud ἱκάνομεν fugit virum doctissimum. Sed rectissime idem refutavit eos, qui a Sophocle confusas Mycenas et Argos statuerent. Propter eandem autem quam ille causam falsus est Schoenbornius (Skene der Hellenen 152).

τῆϲ Ἥραϲ. Illis autem frustulum contineri conicio[30]) scholii omnino diversi forte fortuna hic inculcatum et ita fere supplendum ⟨δια-φέρεται δ' ὁ . . .⟩ λέγων· ἔϲτιν οὐκ ἄπωθεν τῶν Μυκηνῶν, ἀλλ' ἐξ ἀπόπτου φαίνεται ⟨τὸ Ἄργοϲ⟩ i. e. Falso perhibetur Argis esse paedagogus; immo a Corintho proficiscens prope abest a Mycenis; sed (quanquam nondum Mycenas advenit, nedum pervenerit Argos, tamen) de loco elato (de Trero monte descendunt) Argi cernuntur. Ceterum a vero locorum situ haec abhorrere probe scio.

Revertimur ad Iphigeniam Tauricam. Vidimus in orchestra primo adparere Orestem et Pyladem. Iam vero in codicibus extat (si modo Ziegleri curis tertiis fides habenda):

πότερα δωμάτων πρὸϲ ἀμβάϲειϲ
ἐκβηϲόμεϲθα;

Quae egregie concinunt cum iis quae adhuc disputavimus. Quaerit videlicet Orestes: Utrum ad templi scalas egrediamur (ex orchestra)? Alterum interrogationis membrum adfertur in v. 102.

Iam ut ad reliqua accedam: illud deprecor, ne, quicquid in his versibus coniectum sit, dinumerem vel adeo refellam; quo negotio in interpretibus antiquioribus satis functa est Ioannis Kviçalae diligentia (Sitzungsberr. d. kais. Akad. d. Wissensch. zu Wien, phil. hist. Kl. 29, 214 ss.): ego in illo non detrecto. Quod enim ille coniecit

ὅπωϲ ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν,
εἰ χαλκότευκτα κλῇθρα λύϲαντεϲ μοχλοῖϲ
ὧδ' οὐδὸν ἔϲιμεν,

id satis erit recte vertisse: ut videamus (οὖν vertere non magis quam intellegere possum), simusne foribus effractis limen ingressuri; nempe si fores effregimus, οὐδὸν ἐϲιέναι semper possumus.

Quid verum sit, modo sine opinione praeiudicata locum adgrediaris, haud difficile inveniri posse videtur. Orestes, quem necesse est meminerimus de salute desperare (v. 77), ad Pyladem: Quid faciamus? En parietum alta saepimenta (quae imaginem rapiendam includunt). Utrum egrediamur ad templi scalas? Quomodo igitur cognoscere nos posse putas . . . apparet deesse enuntiatum aliquod subiunctum. Delibera ea quae secuntur: ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύϲαντεϲ μοχλοῖϲ; desideratur et verbum finitum, unde pendeat λύϲαντεϲ et membrum aliquod, cui praemissum sit ἤ vel ἄλλοϲ vel simile aliquid. Illo ὧν οὐδὲν ἴϲμεν eodem modo desiderari aliqua docemur eaque ad minimum tria, quae scire sit necessarium adulescentes templum intraturos. Ea autem facile inveniuntur: primum scilicet verendum erat, ne quis adesset vel in templo vel propter templum;

---

30) Coniectura Michaelis, quae est ὅτι pro ἔϲτιν, quid sibi velit, non dispicio.

tertium quid fuerit, concluditur e verbis ἀνοίγοντεϲ πύλαϲ εἰϲβάϲειϲ τε μηχανώμενοι quae non tam verbose expressisset Euripides, si de foribus simpliciter aperiendis cogitasset. Hinc tale aliquid olim hic scriptum fuisse suspicor:

πότερα δωμάτων πρὸϲ ἀμβάϲειϲ
ἐκβηϲόμεϲθα; πῶϲ ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν,
⟨μή τιϲ πάρεϲτιν ἔνδοθ' ἱεριῶν θεᾶϲ
μήτ' αὖ τιϲ ἡμῖν ἐγγὺϲ ἐγχρίμπτει βροτῶν;
ἄλλῃ δὲ μῶν ἐδώλι' ἕξομεν περᾶν⟩
ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύϲαντεϲ μοχλοῖϲ;
ὧν οὐδὲν ἴϲμεν. ἢν δ' ἀνοίγοντεϲ πύλαϲ
ληφθῶμεν εἰϲβάϲειϲ τε μηχανώμενοι,
θανούμεθα.

Iam vide, quam bene conveniat Pyladis responsum: de nocte rem fieri volt; nemo igitur aderit vel si quae sacerdos intus habitat, dormiet; per triglyphorum intercolumnia ut introeant suadet; nihil igitur eorum intererit, utrum clausae sint fores necne.
Alc. 760

ἄμουϲ' ὑλακτῶν· [διϲϲὰ δ' ἦν μέλη κλύειν·
ὁ μὲν γὰρ ᾖδε,] τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν

Verba uncinis inclusa om. S.
Med. 394

οὐ γὰρ μὰ τὴν δέϲποιναν, ἣν ἐγὼ [ϲέβω
μάλιϲτα πάντων καὶ ξυνεργὸν] εἱλόμην.

Verba notata om. E.
Soph. Ant. 68

περιϲϲὰ πράϲϲειν [οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.
Ἀντ. οὔτ' ἂν κελεύϲαιμ' οὔτ' ἄν, εἰ θέλοιϲ ἔτι
πράϲϲειν], ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέωϲ δρῴηϲ μέτα.

Verba uncinis saepta om. L.
Ivanus Mueller, praef. Galen. de placc. Hipp. et Plat. 16: librarius codicis M vel etiam fortasse exemplaris huic propositi vocabulis eisdem vel eiusdem exitus brevi intervallo a scriptore repetitis deceptus ad alium ϲτίχον ita aberravit, ut interiecta omitteret.

Videmus in versibus omittendis non semper ab initio versuum ordiri librarios. Quod ut per se intellegi poterat, ita erat praemonendum, cum haec medendi ratio nisi rarissime a grammaticis adhiberi non soleat. Est tamen, ubi ea carere non possimus: Eur. Or. 29

πείθει δ' Ὀρέϲτην μητέρ', ἥ ϲφ' ἐγείνατο
κτεῖναι, πρὸϲ οὐχ ἅπανταϲ εὔκλειαν φέρον·

ὅμως δ᾽ ἀπέκτειν᾽ οὐκ ἀπειθήσας θεῷ·
κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνή, φόνου
Πυλάδης θ᾽, ὃς ἡμῖν συγκατείργασται τάδε.

i. e. Pyladesque (caedis particeps fuit), qui nobiscum facinus perpetravit. At ego sanum hominem nondum audivi relativo enuntiato plane idem addentem atque quod clare expressum est verbo regenti. Proin aut exemplis eiusmodi ineptiae convince Euripidem aut hoc fere ab eo scriptum concede:

Πυλάδης θ᾽, ὃς ἡμῖν ⟨συγγενής τ᾽ ἐφευρεθεὶς
φίλος τ᾽ ἀληθὴς⟩ συγκατείργασται τάδε.

Soph. Ai. 1226

Ἀγ. cὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ᾽ ἀγγέλλουcί μοι
τλῆναι καθ᾽ ἡμῶν ὧδ᾽ ἀνοιμωκτεὶ χανεῖν;

Ego qui possit interrogari aliquis, ausus sit facere aliquid impune non dispicio. Poenae enim dilatio num est penes ipsum? Videtur potius ita fere supplenda esse sententia:

cὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ᾽ ἀγγέλλουcί μοι
τλῆναι καθ᾽ ἡμῶν ⟨ὧδ᾽ ἀναιcχύντωc βαλεῖν;
ἆρ᾽ ἐλπίδ᾽ εἶχεc⟩ ὧδ᾽ ἀνοιμωκτὶ χανεῖν;

In Supplicibus Aeschylea lacunam statuit Kirchhoffius post v. 908:

907 ταύτας δ᾽ ἑκούσας μὲν κατ᾽ εὔνοιαν φρενῶν
ἄγοις ἄν, εἴπερ εὐσεβὴς πίθοι λόγος.
τοιάδε δημόπρακτος ἐκ πόλεως μία
ψῆφος κέκρανται, μήποτ᾽ ἐκδοῦναι βίᾳ
στόλον γυναικῶν,

(nec primus ille statuit), id quod per se satis probabile videtur. Quis enim crediderit posse in oppositione tam forti omitti membrum alterum? Quis vero referri illud τοιάδε ad aliquid, quod non extet omnino, sed suppleatur tantum cogitando? V. s. Pers. 500ss.

χὤστις μὲν ἡμῶν πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ
ἀκτῖνας ὡρμήθη, σεσῳσμένος κυρεῖ.
φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
μέσον πόρον διῆκε θερμαίνων φλογί,

ubi si nostrum sequimur sensum, num facilius caremus altero oppositionis membro? Scilicet ut illic τοιάδε, ita hic γάρ referendum est ad aliquid, quod ne extat quidem. Neque huc non facit Theog. 903ss.

Ὅστις ἀνάλωσιν τηρεῖ κατὰ χρήματα † θηρῶν
κυδίστην ἀρετὴν τοῖς συνιεῖσιν ἔχει.

εἰ μὲν γὰρ κατιδεῖν βιότου τέλος ἦν, ὁπόcον τις
ἤμελλ' ἐκτελέcας εἰν Ἀΐδαο περᾶν,
εἰκὸς ἂν ἦν, ὃς μὲν πλείω χρόνον αἶςαν ἔμιμνεν,
φείδεcθαι μᾶλλον τοῦτον ὃν εἶχε βίον.
νῦν δ' οὐκ ἔcτιν:

post v. 908 supplendum est membrum oppositum vv. 906 et 907.[31])

Caput sextum.

Conclamatus fere locus est Soph. Tr. 144ss.:

τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖcδε βόcκεται
χώροις ΙΝΑΥΤΟΥΚΑΙΝΙΝ οὐ θάλπος θεοῦ
οὐδ' ὄμβρος οὔτε πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,
ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
κληθῇ λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος
ἤ τοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη.

Dissentiunt de v. 149 explicando Dindorfius et Nauckius; ille noctem intellegit nuptialem, hic ἐν νυκτὶ φροντίδων idem quod νυκτέρων φροντίδων esse dicit. Attamen, quamvis aegre in eius modi rebus obloquar Nauckio: ecquid vel uno exemplo talis verborum structura in senariis confirmari potest? Equidem dum prolatum sit, dubito Dindorfiique explicationem amplector. Quam qui amplectitur, ei eiciendum videlicet est additamentum languidissimum v. 150; neque enim potest de liberis nondum natis sollicitari nova nupta. Et eiecit Dindorfius. Quaeritur quomodo in textum venerit. Cuius mihi rei iudicium videtur illud πρὸς ἀνδρὸς φοβουμένη, quae structura caret exemplo. Quamquam hoc ego non curarem, modo qua ratione πρός hic usurpatum esset, intellegerem. Atqui non magis quam timendi verbo hoc quidem sensu addi posset praepositio 'ab', h. l. a φοβεῖcθαι pendere posse πρός existimo. Quid? si ne scripsit quidem hoc is cui versiculus debetur, sed scripsit ἤτοι περὶ ἀν-

31) Contra in eadem elegia hiatum videor mihi animadvertere inter vv. 916 et 917:

εἶδον μὲν γὰρ ἔγωγ', ὃς ἐφείδετο κοὔποτε γαςτρὶ
cῖτον ἐλευθέριον πλούσιος ὢν ἐδίδου.
ἀλλὰ πρὶν ἐκτελέσαι, κατέβη δόμον Ἄιδος εἴσω
χρήματα δ' ἀνθρώπων οὑπιτυχὼν ἔλαβεν.

ἐκτελέcαι enim, nisi additum erit, quid ad finem ille homo perducere voluerit, sensum nullum praebebit. Videtur potius inter eos, quos dixi versus, uno disticho terminus aliqui commemoratus esse, quem homo ille ubi attigisset, frui divitiis comparatis constituisset.

δρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη, postea haec numeris alius adaptavit[32]) forte fortuna inter versus delata? Quale factum et Ar. Ran. 786 ss., ubi in Ambrosiano extat:

κἄλεγχον αὐτῶν τὴν τέχνην [ὤφειλεν εἰπεῖν
ὥσπερ ἐν τῷ βίῳ ἢ ὥσπερ ἐν ἀθήναις]
θι
Ξαν. κἄπειτα πῶς οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου;

et Aesch. Sept. 706

πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον
θεὸν οὐ θεοῖς ὁμοίαν
[ἃ γὰρ νύκτωρ παρεκελεύσατο καὶ γέγονε]
παναληθῆ κακόμαντιν;

haec enim exhiberi testatur Hermannus in 18 codd. recentioribus.

Diu est, cum coniecturis v. 145 attrectetur.[33]) Liceat unam his addere, quam ceteris paullo probabiliorem existimem. Videtur enim propter verba quae sunt

οὐ θάλπος θεοῦ
οὐκ ὄμβρος οὔτε πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ·

certa aliqua notio efflagitari, qua accuratius horum verborum sensus definiatur. Nam θάλπος θεοῦ per se vel maxime necessarium est omnibus quae terra procreantur; non minus ὄμβρος; neque bene consultum fuerit in Graecia arbori si aura frigidiore privetur; nihil denique, cuius stirpes terra continentur, adulescit, nisi id 'mulcent aurae, firmat sol, educat imber'. At κλονεῖν verbo a nimia tantum harum rerum vi cautum esse demonstratur. Fateor hoc a me certis argumentis refutari non posse (ideoque me coniecturam additurum coniecturis dixi), sed mihi notio tam necessaria multo fortius exprimenda videtur gaudeoque non me solum ita sensisse, sed et Heimsoethium coniecisse πνευμάτων μένος et Hensium πνευμάτων βίαν; bene, nisi quod huic vitio una cum illo mederi eos oportebat. Qualis autem desideretur notio, indicat personatus Plato Epin. 976 A

32) Ita enim recordati talia, qualia p. 232 exposui, praepositionem lingua Graeca abhorrentem non mirabimur.

33) Unus quod ego sciam e recentionibus Gohlischius (Jahrbb. f. Phil. 123, 448) retineri haec posse putat, si scribamus:

τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
χώροις, ἵν' αὐτοῦ καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ . . κλονεῖ.

Qua de sententia antequam exempla adlata sint illius αὐτοῦ post pronomen relativum positi et particulae καί ita usurpatae, ut ille volt, (nolit autem adferre ea quae Pors. ad Phoen. 1373 et Weiskius de pleon. 120 congesserunt), disputari posse nego.

ἣν δὲ καλοῦϲι μὲν ἰατρικήν, βοήθεια δέ που καὶ αὕτη ϲχεδὸν ὅϲων ὧραι ψύχει καὶ καύματι ἀκαίρῳ ληΐζονται τὴν τῶν ζῴων φύϲιν, unde Sophocli restituendum suspicor:

τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖϲδε βόϲκεται
χώροιϲ, ἵν' αὔτ' ἄκαιρον οὐ θάλποϲ θεοῦ
οὔτ' ὄμβροϲ οὔτε πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ.

Tr. 150 conatus sum demonstrare prosam orationem per errorem versibus admixtam esse: saepius contra factum est, ut poetae alicuius fragmentum in libro pedestri adlatum delitesceret inter orationem solutam.[34]) Veluti ex editoribus Plutarchi nemo videtur sensisse quaest. symp. I, 2, 3 (p. 615 E) ἐκεῖνον μὲν οὖν πολλῷ γέλωτι χαίρονταϲ εὐφημοῦνταϲ ἐκπέμπειν δόμων ἐκέλευον οἱ κατακείμενοι inesse senarium ex Euripidis Cresphonte petitum (fr. 452; sensit Nauckius):

χαίρονταϲ εὐφημοῦνταϲ ἐκπέμπειν δόμων.

Neque aut de Alex. s. virt. s. fort. or. II, 13 (p. 343 E) τίνι ἄν τιϲ εἰκάϲειεν; ἢ πυρὶ κεραυνίῳ ῥαγέντι καὶ φερομένῳ μετὰ πνεύματοϲ οἷον ἐπὶ γῆν κατέϲκηψε φάϲμα Φοίβου φλογοειδέϲιν ὅπλοιϲ περιλαμπόμενον[35]) ipsius Plutarchi esse crediderim verba notata aut de suo eundem dixisse reip. ger. praecc. 17 (p. 813 E) ἀλλὰ κἀκεῖνο λέγειν (δεῖ) πρὸϲ ἑαυτόν· ἀρχόμενοϲ ἄρχειϲ, ὑποτεταγμένηϲ πόλεωϲ ἀνθυπάτοιϲ, ἐπιτρόποιϲ Καίϲαροϲ· οὐ ταῦτα λόγχηϲ πεδία οὐδὲ αἱ παλαιαὶ Cάρδειϲ ... Comici autem poetae frustulum contineri videtur schol. Ar. Pac. 65 τῶν μανιῶν: ἀντὶ τοῦ τῆϲ μανίαϲ: — καὶ ἐν νεφέλαιϲ 'ϲὺ δ' εἰϲ τοϲοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθαϲ'. (λέγεται δὲ καὶ ἑνικῶϲ ἡ μανία μ' ἐπέρχεται, ὡϲ ἐπιτοπλεῖϲτον δὲ πληθυντικῶϲ.) Etenim quanquam probe scio magistellos talia exempla saepe de suo fingere, tam mirum tamen sensum tali exemplo expressum nunquam inveni.

Paullo maioris momenti hoc est. Iason Euripideus ubi rescivit atrocissimo uxoris scelere perfidiae sibi mercedem solutam esse, ut mortuorum certe liberorum adspectu fruatur, aedium fores effringi iubet. Cui Medea:

1314 τί τάϲδε κινεῖϲ κἀναμοχλεύειϲ πύλαϲ
νεκροὺϲ ἐρευνῶν κἀμὲ τὴν εἰργαϲμένην;

Haec imitatus Pseudogregorius exhibet:

119 ὦ τλῆμον, οὐκ οἶϲθ' οἷ κακῶν ἐλήλυθαϲ
καὶ τούϲδε κινεῖϲ κἀναμοχλεύειϲ λόγουϲ.
437 τί τούϲδε κινεῖϲ ἀναμοχλεύειϲ (sic) λόγουϲ;

---

34) Multa eiusmodi docte et acute inventa protulit Porsonus ad Eur. Med. 139, invenienda esse dixit Welckerus Gr. Trag. III praef.

35) Similia de libello antecedenti qui inscribitur περὶ Ῥωμαίων τύχηϲ ἢ ἀρετῆϲ observavit O. Crusius Mus. Rhen. 39, 600.

Observavit Porsonus. Conclusit idem pro πύλας invenisse in exemplari suo Graeculum λόγους; coniecturam firmavit laudato Heliod Aeth. I, 8: τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν et Ar. Nub. 1399

σὸν ἔργον ὦ καινῶν λόγων κινητὰ καὶ μοχλευτὰ
πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξεις λέγειν δίκαια.

Crediderunt hoc Porsono Boeckhius (de trag. Graec. prim. cap. XIII) Hermannus (ad Elmsl. Med. 1362) Matthiaeus (qui novum produxit testem script. anon. ap. Bastium ep. cr. 184 λέγε τοιγαροῦν καὶ μὴ πρόῃ τὸν καιρὸν ἡμᾶς τε γλιχομένους μαθεῖν μὴ ἐπιμᾶλλον ἐκκαίῃς καὶ ἀλγύνῃς ὡς μάλιστα. — Αἲ αἲ τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις καὶ φέρεις ἡμᾶς Ἰλιόθεν [cf. ι 39] κατὰ τὴν παροιμίαν;) Doeringius (philol. 25, 221); dissensit Kirchhoffius Pseudogregorium ratus loco Aristophanis commotum esse, ut ita Euripidis verba immutaret. Cui parum recte Doeringius obiecit maioris hoc et doctrinae esse et subtilitatis in arte critica factitanda quam ut a Pseudogregorio factum existimare possimus. Nam critici partes eum agere voluisse nemo dixit; quod autem ad doctrinam attinet, recordari oportuit Doeringium Nubes pertinere ad triadem Byzantinam. Ne tamen adsentiar Kirchhoffio, illud obstat quod apud Aristophanem λόγων exhibetur in codicibus Pseudogregorio multo recentioribus Barocc. 127 bibl. publ. Cant. 3,3 γρ. in Harl. 6307 Barocc. 43. Praeterea concedendum est Heliodori Aristophanis anonymi testimonia a Kirchhoffio confutata non esse.

Est autem quaestio maioris quam credas ponderis. Nam si de v. l. adsensus eris Porsono, iam tenebimus Euripidem emendantem quae reprehenderat Aristophanes, iam testis textus Euripidei vere gravis et locuples exorietur Pseudogregorius, iam Doeringio obsecuti aegre fortasse, sed tamen dicentem faciemus Iasonem

τί οὖν; τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας;

pro eo quod ad hunc diem dixit

αὕτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας;

(admirabilem interpolatorem et vere poetam qui hoc excogitare potuerit). Sed ut sententiam ferre possimus, singuli testes accuratius examinandi sunt. Inspiciamus igitur Heliodorum, apud quem haec leguntur Aeth. I, 8: "Ἕλλην ὦ θεοί' ἐπεβόησαν ὑφ' ἡδονῆς οἱ ξένοι. "Ἕλλην ὡς ἀληθῶς καὶ τὸ γένος καὶ τὴν φωνήν'. 'Τάχα τις ἔσται τῶν κακῶν ἀνάπνευσις. ἀλλὰ τίνα σε χρὴ καλεῖν'; ἔφη ὁ Θεαγένης. "Ο δὲ 'Κνήμονα'. 'Πόθεν δὲ γνωρίζειν;' "Αθηναῖον.' 'Τύχῃ δὲ τίνι κεχρημένον;' 'Παῦε' ἔφη, 'τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τῶν τραγῳδῶν. οὐκ ἐν καιρῷ γένοιτ' ἂν τὸ ἐπεισόδιον ὑμῖν τῶν ὑμετέρων τἀμὰ ἐπεισφέρειν κακὰ καὶ ἅμα οὐκ ἂν ἐπαρκέσειε τὸ λειπόμενον πρὸς τὸ διήγημα τῆς νυκτός.' Fac quaeso

apud Euripidem scriptum esse τί τούcδε κινεῖc κἀναμοχλεύειc λόγουc; nempe cum Hermanno hoc vertes: quid haec tanto impetu tantaque vociferatione vociferaris? Adhibe hoc ad Heliodorum: nullo modo videbis quadrare; nihil enim ibi Cnemo nisi: cur haec eruis et scire conaris? Dein ταῦτα, non τούcδε λόγουc Heliodorus dicit. At potest Euripidem perperam intellexisse; potest memoria lapsus verba immutavisse. Audio; quid? si in utraque re cum Heliodoro consentit anonymus? Negabisne et Heliodorum et anonymum alio atque Euripide usos esse auctore? De quo fortasse plura sciri possunt. Attende enim, quae praecedant apud Heliodorum ἀλλὰ τίνα cε χρὴ καλεῖν; [– | ⏑⏑⏑ | ⏑ – | ⏑ –] (cf. Eur. Ion 259 ὄνομα τί cε καλεῖν χρεών); et τύχῃ δὲ τίνι κεχρημένον; [⏑ – | ⏑⏑⏑ | ⏑ – | ⏑ –];[36]) haec nonne ipsa quoque tragoediam resipiunt? Numero autem singulari (τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν) videturne indicari ex uno loco hos flosculos desumptos esse?[37]) Quod si est, incerti poetae tragici incertum fragmentum hic extat, cuius particulam extremam suum in usum convertit anonymus Bastii; Medeae autem vv. ll. ex his quidem locis expiscari prorsus non licet.

Aristophanis verba quomodo explicem non habeo; illud scio Porsoni v. l. iis non commendari; dixisset enim Aristophanes λόγων, non ἐπῶν. Potest autem Medeae illo loco commonefactus verba κινητήc et μοχλευτήc copulasse; sed necessarium ne hoc quidem videtur, siquidem non tam inops verborum ille erat, ut de suo hoc eum invenire potuisse negandum sit.

At restant versus Pseudogregorii. Restant; sed memorabiles ideo tantum sunt, quia luculentissime probant, quam sit necessarium evolvere locos etiam a primariis viris adlatos. Hoc enim Boeckhius, Hermannus, Kirchhoffius si fecissent, primo obtutu vidissent consarcinasse versificatorem illum e versibus Euripideis

1306 ὦ τλῆμον, οὐκ οἶcθ' οἷ κακῶν ἐλήλυθαc
"Ιαcον· οὐ γὰρ τούcδ' ἂν ἐφθέγξω λόγουc.
et 1317 τί τάcδε *κινεῖς κἀναμοχλεύεις* πύλαc;

versus suos hosce

119 ὦ τλῆμον, οὐκ οἶcθ' οἷ κακῶν ἐλήλυθαc
καὶ τούcδε *κινεῖς κἀναμοχλεύεις* λόγουc,

e quibus alterum paullulum immutatum post v. 435 repetivit.

Sed redeo unde digressus sum. Nonnunquam prosae quoque orationis scriptores in prosa abditi colore deprehenduntur: schol. Plat.

---

36) Abhorret a numeris πόθεν δὲ γνωρίζειν [⏑ – | – – | – –]; neque vero video, quid hic possit significare γνωρίζειν.

37) Scio nihil tale secuturum esse, si extaret τὸ δὴ τῶν τραγῳδῶν, sed eo sensu dici posse τοῦτο δὴ τὸ κ.τ.λ. vereor ut exemplis possit probari.

Crat. 413 A ὑπὲρ τὰ ἐcκαμμένα ἅλλεcθαι] Φαῦλλόc τιc κουφότατοc πάντων ἅλματι μετέωρον φέρειν ἑαυτὸν πεντήκοντα πρὸc τοῖc πέντε ποcὶν παρὰ δόξαν ἐπὶ μῆκοc ἥλατο. ὃν καὶ διὰ τοῦτο θαυμάcαντεc οἱ πρὸc αὐτὸν ἁμιλλώμενοι cτίχῳ τὸ θαῦμα ἀοίδιμον τῷ μακρῷ καταλελοίπαcι χρόνῳ. Verborum postremorum inepta elegantia non de suo haec scripsisse docet Tarrhaeum (cf. Warnkross, de paroemiogr. quaest. II, 46. Cohn, ann. phil. vol. suppl. XIII, 841). Iam vero in scholio ex Tarrhaeo petito Phaedr. 260 C (ὄνου cκιά) Aristidis (eius procul dubio qui scripsit περὶ παροιμιῶν cf. Mueller, F. H. G. IV, 236) adfertur historiola, cuius auctor similiter ampullatus est; cf. inpr. narrationis finem: ὅθεν τό τε τοῦ διηγήματοc εὔcτοχον καὶ τὸ τοῦ φρονήματοc παρρηcιαcτικὸν διαμνημονευθὲν παροιμίαc ἔλαβε τάξιν; Tarrhaeus igitur num illic quoque ex Aristide hausit? schol. Plat. Theaet. 171 C (εἰκὸc γὰρ ἐκεῖνον πρεcβύτερον ὄντα cοφώτερον ἡμῶν εἶναι) quod adscribitur ἕπου θεῷ ἕπου λόγῳ, id a scholiasta profectum certo non est; cl. Galeno de cogn. an morb. V, 11 K. ὅcα δ' ἐπὶ τῷδε καὶ διὰ τοῦτο τῶν παλαιοτάτων φιλοcόφων ἀκούcειc ὅμοιον εἶναι θεῷ τὴν cοφίαν non recte a Wyttenbachio ad Plut. mor. 550 D et Leutschio ad Diogen. III, 31 statutum esse concludemus Plutarchum mor. 37 D cὺ δὲ πολλάκιc ἀκηκοὼc, ὅτι ταὐτόν ἐcτι τὸ ἕπεcθαι θεῷ καὶ πείθεcθαι λόγῳ et 81 E ὁ δ' ἐντὸc γενόμενοc καὶ φῶc μέγα ἰδὼν οἷον ἀνακτόρων ἀνοιγομένων ἕτερον λαβὼν cχῆμα καὶ cιωπὴν καὶ θάμβοc ὥcπερ θεῷ τῷ λόγῳ ταπεινὸc cυνέπεται καὶ κεκοcμημένοc adhibuisse suumque in usum amplificasse notum illud ἕπου θεῷ a Cicerone de fin. III, 73 'veteribus sapientibus' tributum, sed potius sententia usum esse quae diu ante illum fuisset. Schol. Aesch. Prom. 213 denique (καὶ Γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία) τὸ γὰρ θεῖον φύcει μὲν ἕν ἐcτιν, ὀνομαcίᾳ δὲ πολυμερέc quantum discrepet a reliquis eiusdem scholiastae notulis, nemo non videt; optime autem potest philosophus aliqui edidisse, sicut Antisthenes 'populares deos multos naturalem unum esse' dixit (Cic. de N. D. I, 32).

Eur. Or. 1169 ss.

ἐλευθέρωc
ψυχὴν ἀφήcω, Μενέλεων δὲ τίcομαι.
ἑνὸc γὰρ εἰ λαβοίμεθ', εὐτυχοῖμεν ἄν,
εἴ ποθεν ἄελπτοc παραπέcοι cωτηρία
κτανοῦcι μὴ θανοῦcιν· εὔχομαι τάδε.
ὃ βούλομαι γὰρ ἡδὺ καὶ διὰ cτόμα
πτηνοῖcι μύθοιc ἀδαπάνωc τέρψαι φρένα.

In v. 1172 velim mihi explicetur, quo sensu praedita sit particula γάρ; interim ferri eam non posse dico. Iam sententiam considera: finge quaeso tres homines in ipso se mortis discrimine esse existimantes; fac ex his unum dicere: Unum si adipiscamur, felices simus: sicunde insperata obtigerit salus, ut necantes ne necemur:

nonne de mente ac sanitate dubitarent audientes? Agedum eice v. 1172 grammatici, qui apodosin requireret, supplementum non minus praepostere inculcatum quam similem ob causam v. 1024 (cf. p. 271), nihil iam offensionis relictum: Utinam insperata nobis adfulgeat lux, ut necantes ne necemur![38])

Videtur autem locus nondum perpolitus esse. Primum enim parum inter se conexi sunt vv. 1171 et 1173; nimis subito a fortitudine desciscit Orestes. Scio apud recentiorem poetam nihil hoc difficultatis habiturum: notula adscripta tacere paullulum histrio iuberetur. At eiusmodi notulae desunt in tragoedia Graeca; illud potius moris erat, ut si quando animi habitus tam varius, qualis hic est, depingendus esset, interiectionibus insertis hiatus obstrueretur. Opponat quispiam talia antiquitus saepe histrionum arbitrio permissa fuisse (Herm. XVIII, 246 adn. 1); sed si quae optantur, quae qui optat fieri vix posse scit, solet Euripides praemittere voculam φεῦ: cf. Alc. 536. 719. 1102. El. 282. Heracl. 740. Hipp. 345. 1078. 1415. Iph. Aul. 666. 977. Iph. Taur. 627. Or. 1052. Quam hoc quoque loco inserendam puto. — Eodem modo haereo in iis quae secuntur:

ὃ βούλομαι γὰρ ἡδὺ καὶ διὰ cτόμα
πτηνοῖcι μύθοιc ἀδαπάνωc τέρψαι φρένα.

Vides his verbis quasi excusari dictum aliquod vel certe cur dictum sit exponi. Sed si nihil dixisset Orestes nisi εὔχομαι τάδε, hoc nonne ridicule vel excusaret vel explicaret? Quapropter hic quoque aliquid turbatum ratus totum locum sic fere ab Euripide scriptum conicio:

ἐλευθέρωc
ψυχὴν ἀφήcω, Μενέλεων δὲ τίcομαι.
⟨φεῦ·⟩
εἴ ποθεν ἄελπτοc παραπέcοι cωτηρία
κτανοῦcι μὴ θανοῦcιν· ⟨εὔχομαι κενά·
ὅμωc δὲ κἀνέλπιcτοc⟩ εὔχομαι τάδε·
ὃ βούλομαι γὰρ ἡδὺ καὶ διὰ cτόμα
πτηνοῖcι μύθοιc ἀδαπάνωc τέρψαι φρένα.

Uno versu privandus videtur Theognis (551 ss.)

ἀλλ' ἵπποιc ἔμβαλλε ταχυπτέρνοιcι χαλινούc·
δηίων γάρ cφ' ἀνδρῶν ἀντιάcειν δοκέω.
οὐ πολλὸν τὸ μεcηγύ· διαπρήξουcι κέλευθον,
εἰ μὴ ἐμὴν γνώμην ἐξαπατῶcι θεοί.

---

38) Particula εἰ in enuntiatis optativis olim unice usitata (cf. Lange, Homer. Gebr. d. Part. εἰ p. 325 ss.) apud poetas tragicos Atticos invenitur Aesch. Sept. 242. OR. 863. Eur. Hec. 836 (locos Kruegero debeo); coniecturis eam restituerunt Schuetzius Aesch. Suppl. 78, Hermannus Eur. Suppl. 620.

Inepte de equis, quibus parvum spatium emetiendum sit, dicitur: Conficient viam! quasi sit cur cogitemus eos iter non permensuros. Ridicule dicto tam consentaneo adduntur talia, quale est v. 554. Modo memineris aptissimo loco (v. 546) recurrere v. 554

Οὗτος ἀνὴρ, φίλε Κύρνε, πέδας χαλκεύεται αὑτῷ,
εἰ μὴ ἐμὴν γνώμην ἐξαπατῶcι θεοί,

nonne pannum a redactore quem aiunt adsutum quantocius censebis resecandum?

Contra histriones mihi videor deprehendere in peius Euripidem emendantes Or. 1105 ss.

Πυ. Ἑλένην κτάνωμεν Μενέλεῳ λύπην πικράν.
Ὀρ. Πῶc; τὸ γὰρ ἕτοιμον ἔcτιν, εἴ γ' ἔcται καλῶc.
Πυ. Cφάξαντεc· ἐν δόμοιc δὲ κρύπτεται cέθεν.
Ὀρ. Μάλιcτα· καὶ δὴ πάντ' ἀποcφραγίζεται.
Πυ. ἀλλ' οὐκέθ', Ἅιδην νυμφίον κεκτημένη.
Ὀρ. καὶ πῶc; ἔχει γὰρ βαρβάρουc ὀπάοναc.
1113 Πυ. τρυφὰc γὰρ ἥκει δεῦρ' ἔχουcα Τρωικάc;
Ὀρ. ὥcθ' Ἑλλὰc αὐτῇ cμικρὸν οἰκητήριον.
Πυ. οὐδὲν τὸ δοῦλον πρὸc τὸ μὴ δοῦλον γένοc.
Ὀρ. Καὶ μὴν τόδ' ἔρξαc δὶc θανεῖν οὐχ ἅζομαι.

Optime haec cohaerent nec quidquam desideratur. Iam examina vv. 1111 et 1112

Πυ. τίναc; Φρυγῶν γὰρ οὐδέν' ἂν τρέcαιμ' ἐγώ.
Ὀρ. οἵουc ἐνόπτρων καὶ μύρων ἐπιcτάταc.

Rectissime v. 1112 Weilius explicat: tels que peuvent être des gens préposés au soin des miroirs et des parfumeries; sed hoc num ullo modo congruit cum eo animo qui in v. 1010 cernitur (πῶc; ἔχει γὰρ βαρβάρουc ὀπάοναc)? Perquam mihi probabile videtur histrioni alicui ampullarum magis quam sensus curioso hoc distichon deberi.

Similem addo suspicionem. Finge animo duos homines inter se concertantes, alteri ab altero turpe aliquod convicium fieri; iam hunc telum immissum ita remittere, ut sibi ipsi per ironiam idem illud convicium tribuat: ut vis aliqua insit in repetito illo convicio, nonne opus est statim adici refutationem? Videtur adsentiri Sophocles: ignorare Oedipum dixerat Tiresias, qualibus obrutus sit malis (367); cui ille

391 πῶc οὐχ, ὅθ' ἡ ῥαψῳδὸc ἐνθάδ' ἦν κύων,
ηὔδαc τι τοῖcδ' ἀcτοῖcιν ἐκλυτήριον;
καίτοι τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντοc ἦν
ἀνδρὸc διειπεῖν, ἀλλὰ μαντείαc ἔδει·
ἣν οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν cὺ προὐφάνηc ἔχων
οὔδ' ἐκ θεῶν του γνωτόν· ἀλλ' ἐγὼ μολὼν

ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους ἔπαυσά νιν
γνώμῃ κυρήσας οὐδ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών.

Iam hoc adhibe ad Ai. 1289. Ita in Teucrum invectus erat Agamemno:

σέ τοι, τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος λέγω,
ἦ που τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὑψήλ' ἐκόμπεις κἀπ' ἄκρων ὡδοιπόρεις,
ὅτ' οὐδὲν ὢν τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ
κοὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους μολεῖν
ἡμᾶς 'Αχαιῶν οὔτε σοῦ διωμόσω,
ἀλλ' αὐτὸς ἄρχων, ὡς σὺ φῄς, Αἴας ἔπλει.
ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;

Cui Teucer:

1283 χὤτ' αὖθις αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου
ἑκών τε κἀκέλευστος ἦλθ' ἐναντίος,
οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς κρωσσὸν (μέσον codd. corr. Nauck) καθεὶς
ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον, ἀλλ' ὃς εὐλόφου
κυνῆς ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν,
ὅδ' ἦν ὁ πράσσων ταῦτα, σὺν δ' ἐγὼ παρών,
ὁ δοῦλος, οὑκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγώς.

Habes per ironiam repetitum convicium; non habes quidquam, quo elevetur, ut absque ulla causa v. 1289 additus adpareat. Quapropter adiectum eum conicio ab histrione qui Teucrum ipsum quoque existimaret contra Hectorem adsurrexisse (cf. Η 161 ss.); quod si fecisset, optime sine dubio h. l. illud convicium repeteretur.

In vv. O.R. 1177 ss.

Οἰδ. πῶς δῆτ' ἀφῆκας τῷ γέροντι τῷδε σύ;
Θερ. κατοικτίσας ὦ δέσποτ' ὡς ἄλλην χθόνα
δοκῶν ἀποίσειν, αὐτὸς ἔνθεν ἦν· ὃ δὲ
κάκ' εἰς μέγιστ' ἔσωσεν. εἰ γὰρ οὗτος εἶ,
ὅν φησιν οὗτος, ἴσθι δύσποτμος γεγώς.

quam parum aptum esset duplex illud οὗτος, vidit Nauckius. Mihi autem non magis videtur apta horum versuum sententia. Opinatus erat Lai servus puerulum a pastore Corinthio ablatum iri in terram, ἔνθεν αὐτὸς ἦν. Quid igitur? In terram Corinthiam nonne erat Oedipus ablatus? An pastor non erat Corintho oriundus sed aliunde translatus, speraveratque servus Lai pastorem non modo servaturum infantem alienum, verum etiam cum eo fugiturum et in patriam ipsius rediturum? Clausulam denique (ἴσθι δύσποτμος γεγώς) non mihi soli spero parum gravem videri conlatam cum iis quae ante detecta Oedipi scelera idem dicat servus (1157. 1165).

Non sunt profecto hae offensiones leves; restat tamen multo gravior. Fac quaeso se excipientes vv. 1176 et 1182

1173 Οἰδ. ἦ γὰρ δίδωσιν ἥδε σοι; Θερ. μάλιστ' ἄναξ
Οἰδ. ὡς πρὸς τί χρείας; Θερ. ὡς ἀναλώσαιμί νιν.
1175 Οἰδ. τεκοῦσα τλήμων; Θερ. θεσφάτων γ' ὄκνῳ κακῶν.
1176 Οἰδ. ποίων; Θερ. κτανεῖν νιν τοὺς τεκόντας ἦν λόγος.
1182 Οἰδ. ἰοὺ ἰού· τὰ πάντ' ἄρ' ἐξήκει σαφῆ.
ὦ φῶς τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν,
ὅστις πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν ξὺν οἷς τ'
οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τέ μ' οὐκ ἐχρῆν κτανών.

Non quaero, num hic quidquam desideretur; illud quaero, num possit quidquam addi. Ultimam Oedipus a servo expressit infausti nuntii particulam; nunc utrum necesse est concussus animo et fractus abeat intro an quaerat, quae scire illius nihil intersit?[39])

Caput septimum.

Saeculum fere praeteriit, ex quo inter se certant grammatici, Sophoclis Aeschylique recensio utrum soli codici Laurentiano plut. 32, 9 inniti debeat an alii in censum vocandi sint libri manuscripti, et adhuc sub iudice lis est. Neque videtur illa quaestio ita diiudicari posse, ut omnis removeatur dubitatio, antequam certo sit demonstratum, quantum in arte critica factitanda tribuere liceat Byzantinis. Solemus nos sciolorum illorum magistellorumque ingeniola adunco nasu suspendere, lenius acturi, si quantum scivisset contemptum illud genus hominum, ipsi scire curaremus. Velut ab iis qui unicam Medicei auctoritatem impugnant, quando tandem desinetur produci Sophoclis illud (Ai. 28)

τήνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει
(νέμει 'codd. vett. Brunckii' τρέπει L)?

quasi obtusioris fuerit ingenii vel Eur. Andr. 1115

τῷ δὲ ξιφήρης ἄρ' ὑφειστήκει λόχος
δάφνῃ σκιασθείς

scribere δάφνῃ πυκασθείς — atqui scripsit archetypi codd. Florr. Vossii, 31, 10 et 31, 15 librarius — vel ib. 1150

ὀξυθήκτῳ πλευρὰ φασγάνῳ τυπείς

---

39) Neque aliter rem instituit Seneca Oed. 867:

Oed. qua matre genitus? Phor. coniuge est genitus tua.
Oed. Dehisce, tellus. Tuque tenebrarum potens,
In Tartara ima, rector umbrarum, rape
Retro reversas generis ac stirpis vices.

τυπεὶς mutare in δαμεὶς — mutavit autem librarius cod. Flor 31, 10. Qui talia auderent, ut elegantiae satisfacerent, eos num putas dubitaturos fuisse Sophocli illud νέμει restituere?

Sed enim altioris indaginis hae quaestiones sunt quam quibus huius commentatiunculae spatio satis respondere possimus: ea tantum nobis propositum est aestimare, quibus litem illam diremisse sibi visus est Rudolphus Schneider. Protulit ille (Jahrbb. f. Phil. 115, 441) locos aliquot, ubi in Mediceo spondei inculcati essent in senarii sedes pares, non item in codicibus recentioribus; atqui legem senariorum primariam ante Bentleium notam non fuisse; non posse ergo haec coniecturae deberi. Cautius de eadem re locutus est Martinus Sorof (de ratione quae inter eos codices recc., quibus Aeschyli fabulae Prometheus, Septem, Persae continentur et cod. Laur. intercedat diss. Berol. 1882 p. 14), qui Aesch. Prom. 2

Σκύθην ἐς οἶμον ἄβατόν τ᾽ εἰς ἐρημίαν

ab apographorum librariis illud τέ fortasse non metri causa eiectum dicit, sed quia inserto τέ sententia turbari visa sit. Miror quid dicturus fuerit de Sept. 787.

ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων
χερῶν recc.] χειρῶν L

et Prom. 118 πόνων ἐμῶν θεωρός
ἐμῶν recc.] ἡμῶν L,

nisi hos versus omisisset. Sed ne nimius sim in praefando, videtur Schneiderus credidisse qui horridissimos versus panxissent, eos ne scivisse quidem facere meliores. Attamen ipsum illud quod quaerimus praeceptum Ioannes Tzetzes eodem incompto versuum genere inclusit, quo solet defetigare aures legentium (Cramer, Anecd. Ox. IV, 308 cf. Henrichsen, polit. Vers. 33):

καὶ τὸ κοινὸν μὲν δέχεται τούσδε τοὺς τρεῖς τοὺς πόδας
σπονδεῖον καὶ τὸν ἴαμβον μετὰ τοῦ πυρριχίου.
Καὶ μόνος μὲν ὁ ἴαμβος εἰς πάσας πίπτει χώρας,
πρώτην δευτέραν τρίτην τε τετάρτην πέμπτην ἕκτην,
ὁ δὲ σπονδεῖος εἰς τὰς τρεῖς· εἰς πρώτην τρίτην πέμπτην,
μόνος δ᾽ αὖ ὁ πυρρίχιος εἰς ἕκτην πίπτει μόνην.

Sed fortasse Tzetzes testis iusto antiquior Schneidero videtur: v. s. schol. Ars. Eur. Or. 261 (γοργῶπες ἐνέρων ἱερίαι δειναὶ θεαί) τὸ ἱέρειαι ἱερίαι χρὴ γράφειν, ἵν᾽ ἔχῃ πρὸς τὸ μέτρον ὀρθῶς. τὰ γὰρ διὰ τοῦ $\overline{\text{ει α}}$ προπαροξύτονα οἱ ποιηταὶ παροξύτονα ποιοῦντες διὰ τοῦ $\overline{\text{ι α}}$ γράφουσι, τὸ αὐθάδεια αὐθαδία λέγοντες καὶ τὸ εὐσέβεια εὐσεβία καὶ τὰ τοιαῦτα, ὃ καὶ ἐξετάζων εὑρήσεις. Ceterum fortasse haec recte Demetrio Triclinio[40]) adsignat Dindorfius; cui cum He-

40) Cf. Lehrs, Pindarscholien 79. 93.

phaestionis epitomen in manibus fuisse acceperimus[41]), in eo hanc scientiam non mirabimur. Latius autem hanc doctrinam manavisse cognoscimus et e schol. Eur. Hec. 581 (παιδὸϲ θανούϲηϲ, εὐτεκνωτάτην δέ ϲε) ὁ ποιητὴϲ ἐδέξατο μετὰ τῆϲ κνω ὡϲ μὴ ἐκτεινομένου τοῦ τε, ἐπείτοι τὸ μὲν κ ἄφωνόν ἐϲτι, τὸ δὲ ν ἀμετάβολον, ἀναγκαϲθεὶϲ διὰ τὸ μέτρον τοῦ ϲτίχου, ἐπείτοι εἰ μακρὸν ἔμελλε δέξαϲθαι τὸ τε, ἐγένετο ἂν ὁ ϲτίχοϲ ϲφαλερόϲ et e praecepto metrico, quod in Aeschyli Pindarique codice Hilferdingiensi repertum publici iuris fecit Nauckius (Mél. Gr. Rom. II, 493):

πρῶτον μὲν οὖν καὶ τρίτον ἢ πέμπτον πό[δα
ἴαμβοϲ ἢ ϲπονδεῖοϲ εὐτρεπιζέτω,
τὸν δεύτερον δὲ καὶ τέταρτον ἀξίωϲ
ἴαμβον ἁπλοῦν εἰϲφέρων ἑτοιμάϲειϲ,
ἕκτοϲ δ' ἰάμβῳ τέρπεται κόϲμον φέρων
καὶ πυρριχίῳ τὴν κάραν ὕψι φέροι

et e Vaticani codicis 909 apographo Pal. 98:

Eur. Med. 219 δίκη γὰρ οὐκ ἔνεϲτιν ὀφθαλμοῖϲ βροτῶν
ὀφθαλμοῖϲ Pal.] ὀφθαλμοῖϲι Vat.
253 ϲοὶ μὲν πόλιϲ θ' ἥδ' ἐϲτὶ καὶ πατρὸϲ δόμοι
πόλιϲ θ' ES] γὰρ πόλιϲ Vat. πόλιϲ Pal.
1077 οἷα τ' ἐϲ ὑμᾶϲ, ἀλλὰ νικῶμαι κακοῖϲ
τ' ἐϲ ὑμᾶϲ S Pal.] τε πρὸϲ ὑμᾶϲ Vat.
1186 χρυϲοῦϲ μὲν ἀμφὶ κρατὶ κείμενοϲ πλόκοϲ
κείμενοϲ πλόκοϲ EaS] κείμενοϲ κόϲμοϲ Vat.
κόϲμοϲ κείμενοϲ Pal.
1212 χρῄζων γεραιὸν ἐξαναϲτῆϲαι δέμαϲ
γεραιὸν Pal.] γηραιόν Vat.

Diu est, ex quo quaeritur utrum ferri possit apud poetas tragicos Graecos diphthongi αι in senariis elisio necne; qua de re postremus exposuit Theodorus Kock (Mus. Rhen. 35, 264 sq.) mira ille usus ratione. Etenim cum non multis exemplis hunc usum comprobari posse omnes sciant, a Kockio, ubi primum eorum aliquod tentatum est coniectura sive probabili sive improbabili, statim id in nullo habetur numero. Velut Eur. fr. 1066

ὦ γῆραϲ, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆϲ ἔχειϲ
καὶ πᾶϲ τιϲ εἴϲ ϲε βούλετ' ἀνθρώπων μολεῖν

postquam Elmsleius εἴϲ ϲ' ἕτοιμοϲ ἀνθρώπων, Wagnerus βούλεται βροτῶν coniecerat, iam quasi victum et superatum abicitur.[42]) Ego

41) Cf. tractat. metr. cod. Pind. Vrat. D, qui inscribitur ἐπιτομὴ τῶν ἐννέα μέτρων ἐκ τοῦ ἐγχειριδίου Ἡφαιϲτίωνοϲ: Δημητρίου Τρικλινίου. Pind. ed. Boeckh II, 1, V. Cf. Studemund in Exegesi in Hephaest. enchir. ed. Hoerschelmann (Anecd. var. I, 91 sq.)

42) Ne ipse quidem defendo (cf. Pors. ad Eur. Phoen. 1230), sed non ita reiciendum erat.

vero ita sentio (neque novam mihi videor sententiam defendere) eos tantum locos auctoritate carere, qui aliunde sint suspecti. Iam vide Aesch. Sept. 456:

καὶ δὴ πέπεμπτ' οὐ κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων;

scripserunt recentioris alicuius codicis, cuius nomen frustra quaesivi, auctoritatem secuti:

καὶ δὴ πέπεμπται κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων;

quasi Eteoclis verbis postremis

κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ μηδέ μοι φθόνει λόγῳ

non clare demonstretur vanitatis notionem h. l. in illo κόμπος inesse. 'Iam alium fac minantem' nuntium iubet Eteocles per ironiam; dixerat igitur antea missum esse eum, qui non minas solum vanas gereret. Alter solet adferri Aesch. Prom. 833:

ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
προσηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ,
μέλλουσ' ἔσεσθ' — εἰ[43]) τῶνδε προσσαίνει σέ τι;

tertius Eur. Iph. T. 679:

δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι· πολλοὶ γὰρ κακοί·
προδούς σε σῴζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος.

Ubi cur Elmslei sigmatismum σεσῷσθαί σ' probemus, ego non video. Pylades quidni potest dicere: '(Cum revertar) videbor plerisque te prodito me servare'? quartus eiusdem fragmenti, de quo agit Kockius, v. 40; quintum addo Soph. OC. 844:

ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι,

sextum Eur. Phoen. 633:

καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ 'Αγυιεῦ καὶ μέλαθρα χαίρετε
ἥλικές θ' οὑμοὶ θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.
οὐ γὰρ οἶδ', εἴ μοι προσειπεῖν αὖθις ἔσθ' ὑμᾶς ποτε.

Polynices enim cum de futuro tempore loquatur, vix potest uti praesenti.[44])

Septimum iam locum nullus dubito de coniectura addere. Diu enim frustra quaesivi, cur Aesch. Eum. 85—87 ante 64 conlocandos censuissent Burgesius et Kirchhoffius. Nam quod primum inspicienti

43) εἰ ita usurpatum, ut Soph. Ai. 816

ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν, ᾗ τομώτατος
γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή.

44) Recto igitur usus iudicio Porsonus ad Med. 984 rarissimas has elisiones dixit, non tamen coniecturis expellere conatus est.

in mentem venire potuerit aptius primum petere Orestem, dein respondere Apollinem: non crediderim ideo ab illis hos versus de familia submotos esse. Eatenus non recta tantum omnia, sed admirabilia: cernimus Apollinem Mercurium Orestem dextram protendentem; leni adloquio supplicis animum Apollo erigit, sed idem primis verbis monet Orestem fuisse, cum deo magis confideret (cf. Eum. 64

οὔτοι προδώcω, διὰ τέλουc δέ cοι φύλαξ
ἐγγὺc παρεcτώc . . .

et Cho. 261

οὔτοι προδώcει Λοξίου μεγαcθενὴc
χρηcμόc);

servatum iri spondet, ita tamen, ut statim requieturum neget. At vero Orestes adeo Furiarum timore perculsus est, ut, nisi ab his liberetur, nihil auxilii latum ratus, quasi nihil omnino dixerit Apollo, incipiat:

85 ἄναξ Ἄπολλον, οἶcθα μὲν τὸ μὴ ἀδικεῖν·
ἐπεὶ δ' ἐπίcτᾳ, καὶ τὸ μὴ ἀμελεῖν μάθε·
cθένοc δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ cόν.

Sed quae secuntur

Μέμνηcο· μὴ φόβοc cε νικάτω φρέναc

vere Loxiam sapiunt: 'Memento'. Quid tandem? Idne quod proxime antecessit? At carere non possumus pronomine demonstrativo. An id quod promisit deus? At aliud quid intercessit, ut acrius etiam talis notio efflagitetur. Quidquid attigeris, ὅλον quod aiunt ἕλκοc. Sed tamen ea demum quae medicina non sanat, ferro sananda traduntur. Probabilius opinor restituemus:

Μεμνήcομ'· ἦ φόβοc cε νικᾷ τιc φρέναc;

Quod responsum bene mihi videtur congruere cum Apollinis moribus: austera quadam brevitate respondet: 'Meminero'. Dein nobili superbia quaerit: 'ecquo timore mente concidis?' Versus autem forma externa non vituperanda; exemplis a Porsono praef. Hec. 28 ss. (ed. Cant. II) conlectis add. Prom. 819

λέγ'· εἰ δὲ πάντ' εἴρηκαc, ἡμῖν αὖ χάριν.

Oceanitides Aeschyleae consolaturae amicum acerbissimis doloris stimulis excruciatum quanta Promethei omnes misericordia capti sint, vividis coloribus depingunt.

Prom. 409 πρόπαcα δ' ἤδη cτονόεν λέλακε χώρα
410 μεγαλοcχήμονά τ' ἀρχαιοπρεπῆ –
⏑ ⏑ – cτένουcι τὰν cὰν
cυνομαιμόνων τε τιμάν,

ὁπόϲοι τ' ἔποικον ἁγνᾶϲ[45])
Ἀϲίαϲ ἕδοϲ νέμονται,
μεγαλοϲτόνοιϲι ϲοῖϲ πή-
μαϲι ϲυγκάμνουϲι θνατοί.
Κολχίδοϲ τε γᾶϲ ἔνοικοι
παρθένοι μάχαϲ ἄτρεϲτοι
καὶ Ϲκυθῶν ὅμιλοϲ, οἳ γᾶϲ
ἔϲχατον τόπον ἀμφὶ Μαι-
ῶτιν ἔχουϲιν λίμναν,
Ἀραβίαϲ τ' Ἄρειον ἄνθοϲ,
ὑψίκρημνον οἳ πόλιϲμα
Καυκάϲου πέλαϲ νέμονται.

Deplorare Prometheum dicuntur inde a v. 414 ii qui Asiam incolunt. Asiae enim Scythas etiam, qui circa Maeotin habitarent, attribuere poterat Aeschylus, si sequebatur eos, qui Τάναϊν τὸν ποταμὸν καὶ πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουϲιν (οὐρίϲματα Ἀϲίηϲ καὶ Єὐρώπηϲ) [Her. IV, 45]. Nam etsi in libello qui inscribitur περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων, cuius auctor eundem Asiae et Europae terminum statuit (21 μέχρι Μαιώτιδοϲ λίμνηϲ· οὗτοϲ γὰρ οὖροϲ τῆϲ Єὐρώπηϲ καὶ τῆϲ Ἀϲίηϲ) eidem Scythae Europae attribuuntur (26 ἐν δὲ τῇ Єὐρώπῃ ἐϲτὶν ἔθνοϲ Ϲκυθικόν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκέει τὴν Μαιῶτιν), consentaneum est, qui circa Maeotin habitarent, eos non minus bene quam Europae Asiae attribui posse; et attribuit huic Euripides: Iph. T. 132 ss.

Ἑλλάδοϲ εὐίππου πύργουϲ
καὶ τείχη χόρτων τ' εὐδένδρων
ἐξαλλάξαϲ' Єὐρώπαν

(de choro ibidem habitante).[46])

Quodsi quis putaverit Aeschylum, etiam si eorum se sententiae addixisset, qui Phaside fluvio Asiam et Europam dirimerent, tamen haec scribere potuisse, ita scilicet, ut Asiae commemoratae in v. 414 opponeret tres Europae gentes (Colchidem enim, ut quae in confinio sita sit Caucasique incolas Europae etiam attribui posse), erroris eum convincet Herodotus certissime Colchidem Asiae vindicans. Is enim certaminis illius quod describendum sibi proposuit, inter primordia recenset[47]), quod Iason Europaeus Medeam rapuerit Asianam. Aut igitur ille quanquam in Asiae et Europae terminos inquisiverat, esse

45) Explicatione eget illud ἁγνᾶϲ, quod terrarum nominibus non attribuitur. Videtur autem sedes castae Asiae vocari Asia (τάλαινα μήτηρ Προμηθέωϲ appellatur Lyc. 1283), sicut a Perseo Persarum origo deducitur Pers. 79 χρυϲογόνου γενεᾶϲ ἰϲόθεοϲ φῶϲ.

46) Probabilissime ergo in v. 410 <θ' ἑϲπέριοι> inseruit Wecklinus.

47) I, 4 προτέρουϲ γὰρ ἄρξαι ϲτρατεύεϲθαι ἐϲ τὴν Ἀϲίην ἢ ϲφέαϲ ἐϲ τὴν Єὐρώπην cf. Lyc. 1309 ss.

nesciebat qui Colchidem adderent Europae aut sciens volensque in harena aedificium exstruxit. Quorum cum neutrum sit verisimile, hanc explicandi rationem reprobandam statuendumque concludo qui haec scripserit, ab eo Tanaim pro termino Asiae et Europae haberi.

Credideris hoc confirmari v. 788

ὅταν περάϲῃϲ ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον,

quem schol. explicat: τὸν Τάναϊν ποταμόν. ‘Εὐρώπην δ’ Ἀϲίηϲ Τάναϊϲ διὰ μέϲ⟨ϲ⟩ον ὁρίζει’. Sed videamus num hoc comprobetur iis, quae de Ione narrantur vv. 717—733. Caucasum transgressa in Colchidem illa ventura esse dicitur; inde

727 ἰϲθμὸν .. ἐπ’ αὐταῖϲ ϲτενοπόροιϲ λίμνηϲ πύλαιϲ
Κιμμερικὸν ἥξειϲ, ὃν θραϲυϲπλάγχνωϲ ϲε χρὴ
λιποῦϲαν αὐλῶν’ ἐκπερᾶν Μαιωτικόν.
ἔϲται δὲ θνητοῖϲ εἰϲαεὶ λόγοϲ μέγαϲ
τῆϲ ϲῆϲ πορείαϲ Βόϲποροϲ δ’ ἐπώνυμοϲ
κεκλήϲεται. λιποῦϲα δ’ Εὐρώπηϲ πέδον
ἤπειρον ἥξειϲ Ἀϲιάδα.

Quid ergo? Maeotide traiecta in Asiam pervenit Io a Caucaso profecta? Caucasum et Colchidem non a sinistra, sed a dextera Tanaidis sita esse existimabat Aeschylus? Olbia et Carcinitis sitae erant in Colchide, γῆϲ ἐπ’ ἐϲχάτοιϲ ὅροιϲ? Non ignoro anxiam diligentiam in eiusmodi rebus a poetis efflagitandam non esse — et notavit Sophoclis Euripidisque neglegentiam Strabo p. 27 — sed terram omni miraculorum genere plenam ibi creditam esse ab Aeschylo, ubi ipsius temporibus habitarent homines Graeci, id mihi quidem persuadebit nemo.

Quid? quod sibi ipse ita Aeschylus contradicit? V. s. Suppl. 521 ss.

παλαιὸν δ’ εἰϲ ἴχνοϲ μετέϲταν
ματέροϲ ἀνθονόμουϲ ἐπωπάϲ,
λειμῶνα βούχιλον, ἔνθεν Ἰὼ
οἴϲτρῳ ἐρεϲϲομένα
φεύγει ἁμαρτίνοοϲ
πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα
φῦλα διχῆ δ’ ἀντίπορον
γαῖαν ἐν αἴϲᾳ διατέμνουϲα πόρον
κυματίαν ὁρίζει.
ἰάπτει δ’ Ἀϲίδοϲ δι’ αἴαϲ
μηλοβότου Φρυγίαϲ διαμπάξ,
περᾷ δὲ Τεύθραντοϲ ἄϲτυ Μυϲῶν
Λύδιά τε γύαλα
καὶ δι’ ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε διορνυμένα
παρ’ ποταμοὺϲ ἀενάουϲ

καὶ βαθύπλουτον χθόνα καὶ τᾶς Ἀφροδί-
τας πολύπυρον αἶαν
ἱκνεῖται δὲ ... Δῖον πάμβοτον ἄλσος
λειμῶνα χιονόβοσκον, ὅν τ' ἐπέρχεται
Τυφῶ μένος ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον.

Verbis διχῇ — ὁρίζει, quae primus ita recte explicavit Weilius: 'disterminat terras oppositas (Asiam et Europam) secundum fatum freto maritimo translato' significari Bosporum Thracium deliberato terrarum, quas permeat Io, ordine dubitari non potest. Iam vero quae h. l. commemorantur terrae, eas in Prometheo frustra quaerimus; atqui nihil erat, cur alias in Supplicibus atque in Prometheo Aeschylus enumeraret terras; exspectandum igitur est easdem terras etiam in Prometheo commemoratas fuisse. Atqui post v. 789

ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον
πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς

lacunam extare intellexit Brunckius, concesserunt omnes. Hoc igitur loco has terras commemoratas fuisse concludemus, i. e. v. 788

ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον

de transmittendo Bosporo Thracio interpretabimur. Ex quo effectum est in v. 732 de eodem Bosporo cogitandum esse.

Hoc autem pridem senserunt multi. Quos in eo mihi persuasi errare, quod interpretandi argutiis e verbis simplicissimis λιποῦσα Εὐρώπης πέδον Bospori Thracii notionem elicere posse sibi videbantur. Deest autem non ea solum notio, sed et iterum tunc Asiam ingressura esse dicenda erat Io et verbo certe commemorandum Thracio etiam Bosporo ab ea nomen esse inditum. Itaque ab Aeschylo hoc fere scriptum conicio:

λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον,
⟨οὗ πορθμὸς εἴργει Θρῃκίους Φρυγῶν γύας —
μενεῖ δὲ καὶ τῇδ' ὄνομα σὸν — τὸ δεύτερον⟩
ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδα.

Nam si cui sine iusta causa Io circummeare videbitur pontum Euxinum, dein iterum Asiam ingredi, reminiscatur errores describi furenti virgini a Iunone praefinitos. Concludendum autem, qui haec scripserit, is utrum Tanaide an Phasi disterminaverit Asiam et Europam, definiri non posse.

Iam cf. fr. 191 ap. Arr. peripl. pont. Eux. 19 Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς Προμηθέα ὅτι

ἥκομεν ....
τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε Προμηθεῦ
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμενοι·

ἔπειτα καταλέγουσιν, ὅσην χώραν ἐπῆλθον·

τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίης τέρμονα Φᾶσιν.

Habes Aeschylum in eadem trilogia et Tanai et Phaside Europam et Asiam disterminantem. Id quo pacto fieri possit, ego non intellego.

Visus est sibi intellegere Bernardus Foss (de loco, in quo Prometheus apud Aeschylum vinctus sit 38 s.); quanquam is de vv. 414 ss. non magis quam reliqui interpretes cogitavit. Tanain enim et Phasin pro eodem flumine habitos esse ab Aeschylo. 'Nam cum nautae Athenis rettulerint (?) se ex ponto Euxino per angustum fretum in Maeotin venisse, cuius in extremam partem magnum flumen se effunderet, ultimam vero navigationem usque ad Phasin esse, quis est quin, si haec audiverit neque tabulam geographicam inspexerit, talem opinionem sibi finxerit, qualem Aeschylus habuit.' Cui suspicioni subscribere ego non possum: neque enim nautas ita narrasse credo — an solemus in narrando res omnino discretas ita coniungere, ut coniunxit Fossius? — neque si narrassent, hominem prudentem id inde conclusurum fuisse, quod posse concludi ille existimat.

Reminiscere potius Roehleckium (Sept. adv. Theb. et Prom. vinct. fabulas esse post Aesch. correctas diss. Berol. 1882 p. 71) Westphalii vestigiis insistentem propter rationes prorsus diversas[48]) omnia huius fabulae cantica 'praeter parodum et exodum et illud chori canticum quod est in Ionis episodio' Aeschylo abiudicasse. Quam sententiam hac observatione nonnihil firmatam esse spero mihi concessum iri.

Conticuit Oceanitidum cantus; resedit Promethei iracundia; iam maesta quadam tranquillitate perfusus eius est animus; iam non caelum et terram mare et ventos iniuriae testes advocat, sed quam sibi immerito ista acciderint, placide secum reputat.

438 μήτοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ
σιγᾶν με, συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ
ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.

Audi, quid sequatur:

καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
τίς ἄλλος ἢ 'γὼ παντελῶς διώρισεν;

i. e. atqui diis istis novitiis honores quis alius atque ego ad unum omnes distribuendo definivit? Garrulum profecto audire mihi videor vanilocum, non universi generis humani conservatorem, ut qui quam paullo antea disertis verbis Iovi concesserit gloriam,

---

48) Quam ille contradictionem statuit inter v. 420 et v. 705 Σκύθας ἀφίξῃ νομάδας, ea si vera est, v. 706 non minus contradicunt v. 1. 2.

231 (Ζεύϲ) ὅπωϲ τάχιϲτα τὸν πατρῷον εἰϲ θρόνον
καθέζετ', αὖθιϲ δαίμοϲιν νέμει γέρα
ἄλλοιϲιν ἄλλα καὶ διεϲτοιχίζετο
ἀρχήν,

eandem nunc sibi studeat vindicare. Sed nullam causam dico, quin hoc addubites: vide quaeso, quo animi habitu nunc ipsum adfectus sit Prometheus: non illud ille considerat, a quanta fortunae excelsitate ad quam praecipitem casum datus sit, sed illud potius, pro quantis beneficiis quam non sibi debita gratia sit soluta (cf. 443 ss.). Atqui si regis instar munera diis distribuerat, quid erat quod grato ab iis animo coleretur? Mira proferunt interpretes: Ludovico Schmidt opinata videtur, non vera discrepantia; rationes ille adferre dignatus non est. Wecklinus autem scholiastae Laurentiano subscribit: διὰ τὸ ϲυμβαλέϲθαι Διὶ κατὰ τῶν Τιτάνων· εἰ δὲ Ζεὺϲ ἀπένειμεν ἑκάϲτῳ θεῷ τιμήν, ϲχεδὸν οὐ Διόϲ, ἀλλὰ Προμηθέωϲ τὸ κατόρθωμα. παντελῶϲ vero idem valere existimat quod 'si veram rei rationem exigas'; quam sententiam quibus exemplis firmet, non invenio. Scripseratne Aeschylus

καίτοι θεοῖϲι τοῖϲ νέοιϲ τούτοιϲ γέρα
τίϲ ἄλλοϲ ἢ 'γὼ παντελῶϲ διώρ⟨μ⟩ιϲεν;?

μεθορμίζω et καθορμίζω apud poetas Graecos saepius inveniuntur; hoc quid sibi velit, explicat Hierocles ap. Stob. Flor. 75,14 διορμίζεται ... ὁ βίοϲ ἀνάλογον ταῖϲ ἐπὶ πολλῶν ἀγκυρῶν ϲαλευούϲαιϲ ναυϲίν. Ceterum in v. 964 καθώρμιϲαϲ recc., καθώριϲαϲ L exhibet.

Exponendis veterum grammaticorum studiis Homericis postquam Carolus Lehrs Aristarcho suo viam patefecit, haud pauci operam dederunt; scriptores Graeci quid in intellegendo poetarum principe praestitissent, nemodum fere quaesivit; nam qui de serioris alicuius poetae 'studiis Homericis' scripserunt, ii fere semper conlegerunt, quae apud illum invenirentur imitationis Homericae vestigia, raro curaverunt, quomodo ille Homerum interpretatus esset. Atqui dum Porphyrii insanientem sapientiam arte recensemus, ne haec quidem indigna videntur, quae in lucem protrahantur. Nam qualia sint, quid refert? Sint vana et inutilia; candidissimo calculo notabimus iuvabitque semper cognosse, quid de his quaestionibus multum et diu a nostratibus pertractatis illi iudicaverint. Quid? quod etiam ad usum nonnihil inde capi potest emolumenti? Mihi certe in vertendis eis vocabulis, de quibus dubia et incerta a grammaticis nostris proferuntur, satius videtur Pindarum Aeschylumve sequi quam recentiorum alicuius lubricae auctoritati se addicere; ab illis enim nihil nos edoctum iri scimus, quod ab hominis vere Graeci ingenio abhorruerit, non item ab his. Non est autem in his quaestionibus obliviscendum saepius non ipsa Homeri verba adferri, sed tecte significari, cum tamen dubitari non possit quin vertantur vocabula Homerica. Veluti

nemo haesitabit, cuius vocabuli Homerici memor fuerit vel Pindarus, cum diceret Ol. I, 15[49])

ἐρήμας δι' αἰθέρος

vel Aeschylus Eum. 382[50])

ἀνηλίῳ λάμπᾳ

vel Sophocles fr. 682[51])

βάρος περισσὸν γῆς ἄνα στρωφώμενοι

vel Euripides Andr. 534[52])

στάζω λισσάδος ὡς πέτρας
λιβὰς ἀνήλιος,

vel idem, cum alatas fingeret Furias Or. 322:[53])

ὦ πτεροφόροι ποτνιάδες θεαί.

Liceat hoc in uno exemplo copiosius persequi: Aesch. Pers. 114 s.

ταῦτά μοι μελαγχίτων φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ.

Vidit Blomfieldius ab Aeschylo respici Homeri illud φρένες ἀμφιμέλαιναι. Idem laudavit Suppl. 750:

κελαινόχρως (μελανόχρως cod. corr. Pauw) δὲ πάλλεταί μου καρδία

et Choeph. 401

σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται.

Inde Lechner (de Aesch. studd. Homm. prog. gymn. Erlang. 1862 p. 14) conligit 'Aeschylo duce φρένας ἀμφιμελαίνας apud Homerum intellegi debere "ira aut terrore repletas", ut cor obscuratum cogitetur aeque ac facies M 462

ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ
νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια.'

Sed hoc nihil ad rem; qui

ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων

---

49) δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο P 425.
50) ζόφῳ εὐρώεντι hymn. Cer. 482.
51) ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης Σ 104 cf. Plat. Theaet. 176 D γῆς ἄλλως ἄχθη.
52) Π 3 δάκρυα θερμὰ χέων ὥστε κρήνη μελάνυδρος
ἥ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.
cf. I 14, Wilam. an. Eur. 83.
53) ἠεροφοῖτις Ἐρινύς T 87.

(P 136), is cum vere obumbret oculos, satis apte cum nocte potest comparari. Hic quid sibi velint tenebrae, inde nemo intelleget. Non autem tenebris circumfundi, sed nigrescere praecordia dixit Aeschylus. Iam considera Cho. 175:

κἀμοὶ προϲέϲτη καρδίᾳ κλυδώνιον
χολῆϲ

et Eum. 818:

κοίμα κελαινοῦ κύματοϲ πικρὸν μένοϲ;

nonne adparebit Aeschylum inde φρέναϲ ἀμφιμελαίναϲ explicasse, quod in magna animi perturbatione bile atra effusa nigro colore inficerentur praecordia? Quod si cui mirum videbitur, legat quae de morbis inde natis disputantur in corpore librorum Hippocrateorum, e. g. de morb. I, 269 K: φρενῖτιϲ δὲ ὧδε ἔχει. τὸ αἷμα τὸ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πλεῖϲτον ξυμβάλλεται μέροϲ ϲυνέϲιοϲ· ἔνιοι δὲ λέγουϲι τὸ πᾶν. ὁκόταν οὖν χολὴ κινηθεῖϲα ἐϲ τὰϲ φλέβαϲ καὶ εἰϲ τὸ αἷμα ἐϲέλθῃ, διεκίνηϲε καὶ διούρηϲε (?) τὸ αἷμα ἐκ τῆϲ εἰωθυίηϲ ϲυϲτάϲιόϲ τε καὶ κινήϲιοϲ καὶ διεθέρμηνε. διαθερμανθὲν δὲ διαθερμαίνει καὶ τὸ ἄλλο ϲῶμα πᾶν καὶ παρανοεῖται ὁ ἄνθρωποϲ καὶ οὐκ ἐν ἑωυτῷ ἐϲτιν.[54])

Dictionis Euripideae vim et gravitatem a librariis infractam existimo Tro. 898:

Μενέλαε, φροίμιον μὲν ἄξιον φόβου
τόδ᾽ ἐϲτίν· ἐν γὰρ χερϲὶ προϲπόλων ϲέθεν
βίᾳ πρὸ τῶνδε δωμάτων ἐκπέμπομαι.
ἄταρ — ϲχεδὸν μὲν οἶδά ϲοι ϲτυγουμένη —
ὅμωϲ δ᾽ ἐρέϲθαι βούλομαι· γνῶμαι τίνεϲ
Ἕλληϲι καὶ ϲοὶ τῆϲ ἐμῆϲ ψυχῆϲ πέρι;

Quae in causa fuerat, ut per decem annos innumera perpessu aspera Graeci exantlarent, ut fortissimus quisque barbara manu occisus extorris sepeliretur, eam, dum servorum vi et manu e domo crinibus proripiatur (881. 896) dicere:

ϲχεδὸν μὲν οἶδά[55]) ϲοι ϲτυγουμένη

fortasse non mihi soli ridiculum videbitur. Immo hoc illa, si quidquam, certo sciebat dixeratque, si quid video:

---

54) Paullo plura dabunt Lorrius, de melancholia Par. 1765 I, 193 ss. Nassius, de insania comm. sec. libros Hippocratis p. 19.

55) Qui sit lectionis traditae sensus, facile intelleges cl. Soph. Tr. 43:

ϲχεδὸν δ᾽ ἐπίϲταμαί τι πῆμ᾽ ἔχοντά νιν;

quae enim anxie praesagiat et suspicetur, ea recte prope scire se dicit Deianira.

σκεθρῶς μὲν οἶδά σοι στυγουμένη.

cf. Aesch. Prom. 101 πάντα προὐξεπιστάμην σκεθρῶς τὰ μέλλοντα. Eur. fr. 88, 2 ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν ἡμᾶς ἀνάγκη.

Varro de l. l. VII 82: 'Apud Ennium

Andromachae nomen qui indidit, recte indidit.
..... quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant

imitari dum voluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus. Nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille ait ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia,[56]) qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum ἀλεξίκακον, ab eo, quod defensor esset hominum.' Discimus hinc miro illi originationis studio, quo solet in fabulis sequioribus Euripides ad ineptissima quaeque delabi, (cf. Elmsl. ad Bacch. 508. Wilamow. an. Eur. 190), hic quoque eum indulsisse. Quid igitur? Paridis nomen num credemus non temptatum ab eo, qui ne de Amphione quidem et Zetho (fr. 181, 2) desperaret? Unde probabile fieri videtur frustulum argumenti fabulae deperditae latere in schol. Marc. Vat. Par. Ars. Eur. Andr. 294 (p. 154, 8): κατ' ὄναρ θεασαμένη Ἑκάβη ὅτι λαμπάδα ἅμα τῷ τεχθῆναι τὸν Ἀλέξανδρον ἐγέννησεν, ἐδυσφόρει καὶ ἤρετο τοὺς μάντεις. οἱ δὲ ἔφασαν χρῆναι τὸ τέκνον φονεύειν. ἡ δ' ἐξέθηκεν αὐτὸ μὴ τολμῶσα φονεῦσαι. καὶ τοῦτο λαβὼν ποιμὴν ἐν τῇ πήρᾳ τέθεικεν,[57]) ὅπως διατρέφοι. διὸ καὶ Πάρις ὠνομάσθη ὁ ἐν τῇ πήρᾳ τραφείς.

Eur. El. 941 ἡ γὰρ φύσις βέβαιος, οὐ τὰ χρήματα·
ἡ μὲν γὰρ αἰεὶ παραμένουσ' αἴρει κακά·
ὁ δ' ὄλβος ἄδικος καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνὼν
ἐξέπτατ' οἴκων σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

Dicta haec sunt in eum qui quas malis artibus sibi paraverit divitias, iis postmodo privatus et ad pristinum statum redactus sit; non posse dici de eo qui morte eiusmodi divitiis sit ereptus, verbis postremis satis indicatur. Atqui ubi extant, aliter intellegi nequeunt, post Eur. El. 939. 940:

ηὔχεις τις εἶναι τοῖσι χρήμασιν σθένων,
τὰ δ' οὐδὲν, εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον

56) Illud 'in Graecia' h. l. recte se habere credere nequeo. Apud Euripidem enim non Graeci ita Parin appellaverunt, sed a pastoribus Troianis illud nomen ei est inditum. Contra rectissime Hercules a Paride ita distingui poterat, ut in Graecia illo nomine praeditus esse diceretur. Quapropter verba quae sunt 'in Graecia' post 'Herculem quoque' transponenda censeo.

57) Non obstat sera huius scholii origo (cf. Lehrs, Pindarscholien 47), si modo recte coniecit Wilamowitzius (An. Eur. 183) durasse Euripideorum carminum argumenta peculiari libello exposita usque in sera Byzantinorum tempora.

(pertinent enim ad Aegisthum); sunt ergo tollendi. Non deberi interpolatori illud σκαιῶν vere Euripideum satis demonstrat. Invenimus autem apud Stob. flor. 94,5

Εὐριπίδου Φοινίσσαις.
ὁ δ' ὄλβος ἀδίκως καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνὼν
ἐξέπτατ' οἴκων βραχὺν ὁμιλήσας χρόνον.

Proclive est ad corrigendum Φοίνικι saepius cum Φοινίσσαις confusum; proclivius etiam videbitur, si quis recordatus erit Hipp. 1010 ss. Soph. OR. 543 ss. quorum similis disputatio facile Amyntorem inter et Phoenicem oriri poterat. Erunt autem, qui malint ex ipsis Phoenissis in Electram delata esse: et possis conicere excidisse post v. 558:

οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί,
τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα·
ὅταν δὲ χρῄζως', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν·
ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος;

quae coniectura extra omnem dubitationis aleam posita videbitur cl. Sext. Emp. adv. math. 556, 24 ἔνθεν καὶ ὁ Κράντωρ εἰς ἔμφασιν τοῦ λεγομένου βουλόμενος ἡμᾶς ἄγειν πάνυ χαρίεντι συνεχρήσατο παραδείγματι. εἰ γὰρ νοήσαιμεν, φησί, κοινόν τι τῶν Πανελλήνων θέατρον εἰς τοῦτό τε ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν παριὸν καὶ τῶν πρωτείων ἀντιποιούμενον ἥκειν, εὐθὺς καὶ εἰς ἔννοιαν ἀναχθησόμεθα τῆς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς διαφορᾶς. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ πλοῦτος παραπηδήσας ἐρεῖ.... ἀλλ' ἐὰν τούτου ἤδη ἀνακηρυττομένου ἐπιστᾶσα ἡ ἡδονὴ .... λέγῃ ... ὅτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστιν ἀναγορεύειν·

ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος
ἐξίπτατ' οἴκων μικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

Et tamen fallimur. Primum enim non potest voluisse Euripides v. Phoen. 558 excipi ab iis de quibus loquimur: non illud exponit Iocasta, quae malis artibus conquisita sint, ea cito diffluere, sed omnia bona non diutius a nobis teneri quam dii permittant. Dein Stobaei lemmate nihil nos adiuvari intellegemus deliberata gravi illa lectionis discrepantia, quae in v. 944 inter Stobaeum et libros Euripideos intercedit. Illius enim lectio cum procul dubio nata sit e v. El. 940

τὰ δ' οὐδέν, εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον,

necessario concluditur v. 933 et 944 post v. 939 ab eo inventos esse.[58]) In Crantoris autem testimonio confusi sunt Phoenissarum

58) Ultro autem nascitur suspicio post illud Εὐριπίδου Φοινίσσαις excidisse locum Phoenissarum antea a me adlatum et lemma versibus Electrae praepositum.

versus et Electrae.[59]) Cuius rei culpa utrum cum Valckenaerio Crantori an librariis cum Porsono imputanda sit nec diiudicari posse videtur neque multum refert.

Eur. Tro. 269 s.

Ἑκ. τί δ᾿ ὃ νεοχμὸν ἀπ᾿ ἐμέθεν ἐλάβετε τέκοϲ ποῦ μοι;
Τα. Πολυξένην ἔλεξαϲ ἢ τίν᾿ ἱϲτορεῖϲ;
Ἑκ. ταύταν τῷ πάλοϲ ἔζευξεν;
Τα. τύμβῳ τέτακται προϲπολεῖν Ἀχιλλέωϲ.
Ἑκ. οἴμοι ἐγώ· τάφῳ προϲπόλον ἐτακόμαν.
ἄταρ τίϲ ὅδε (ὅδ᾿ ἢ libri; corr. Wilamowitz) νόμοϲ ἢ
τί θέϲμιον ὦ φίλοϲ Ἑλλάνων;
Τα. εὐδαιμόνιζε παῖδα ϲήν· ἔχει καλῶϲ.

Rectissime haec adornata sunt; iure iam decepta Hecuba ad Andromacham se vertit:

τί δ᾿ ἡ τοῦ χαλκεομήϲτοροϲ Ἕκτοροϲ δάμαρ;

Erat tamen, cui haec non sufficerent. Qui post v. 268 inseruit haec:

Ἑκ. τί τόδ᾿ ἔλακεϲ; ἆρά μοι ἀέλιον λεύϲϲει;
Τα. ἔχει πότμοϲ νιν ὥϲτ᾿ ἀπηλλάχθαι πόνων;

Quodsi non adquievisset Hecuba in v. 268, sed quaerere perrexisset de Polyxena, non magis profecto Talthybium inexploratum dimisisset, quam nuntium Iocasta (Phoen. 1219). — Inter incerta Euripidis fragmenta exhibetur hoc (1048)

ἀλλ᾿ ἴϲθ᾿, ἐμοὶ μὲν οὗτοϲ οὐκ ἔϲται νόμοϲ
τὸ μὴ οὔ ϲε, μῆτερ, προϲφιλῆ νέμειν ἀεὶ
καὶ τοῦ δικαίου καὶ τόκων τῶν ϲῶν χάριν.
ϲτέργω δὲ τὸν φύϲαντα τῶν πάντων βροτῶν
μάλιϲθ᾿· ὁρίζω τοῦτο καὶ ϲὺ μὴ φθόνει.
κείνου γὰρ ἐξέβλαϲτον· οὐδ᾿ ἂν εἷϲ ἀνὴρ
γυναικὸϲ αὐδήϲειέ ⟨μ᾿⟩ ἀλλὰ τοῦ πατρόϲ.

⟨μ᾿⟩ ins. Meineke.

Verba sunt filii matri se excusantis de aliqua re, quae ad patrem pertineat, quem iure a se magis amari dicit quam matrem. Semel in fabulosa Graecorum historia tale aliquid factum scio: I, 447

οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα
φεύγων νείκεα πατρὸϲ Ἀμύντοροϲ Ὀρμενίδαο,
ὅϲ μοι παλλακίδοϲ περιχώϲατο καλλικόμοιο,

---

59) i. e. Electrae qualis nunc est. Crantorem enim in hac fabula illud ἐξίπτατ᾿ οἴκων μικρὸν ἀνθήϲαϲ χρόνον invenisse nec demonstrari potest neque negari.

τὴν αὐτὸϲ φιλέεϲκεν, ἀτιμάζεϲκε δ᾽ ἄκοιτιν
μητέρ᾽ ἐμήν· ἡ δ᾽ αἰὲν ἐμὲ λιϲϲέϲκετο γούνων
παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν᾽ ἐχθήρειε γέροντα.
τῇ πιθόμην καὶ ἔρεξα.

Loquitur Phoenix. Reminiscere autem Euripidem ἀναμάρτητον τὸν ἥρωα εἰϲάγειν (schol. I, 447); ecquid audacius Phoenicem matri haec respondisse suspicabimur?

Caput octavum.

Helena Euripidea et Menelaus ubi inter se adgnoverunt permotaque est Theonoe ut Iunoni prae Venere obsecuta Menelaum fratri ne prodat: statim Helena ut mulier consilium quo circumducatur Theoclymenus callidissime excogitatum profert. Menelaum enim Menelai se socium dicere mortemque domini nuntiare volt; ipsa blanda et supplici oratione ab illo se impetraturam sperat, ut in altum evehi permittat inferias coniugi facturae. Menelaus autem ut homo simplicior ne deterreatur infausto omine mortis ipsius ab ipso nuntiatae, paullulum illius mentem praemollit:

Ἑλ. ἄκουϲον, ἤν τι καὶ γυνὴ λέξῃ ϲοφόν.
βούλει λέγεϲθαι μὴ θανὼν ἔργῳ θανεῖν;
Με. Κακὸϲ μὲν ὄρνιϲ· εἰ δὲ κερδανῶ λέγων,
ἕτοιμόϲ εἰμι μὴ θανὼν ἔργῳ θανεῖν.
Ἑλ. καὶ μὴν γυναικείοιϲ ⟨ϲ᾽⟩ ἂν οἰκτιϲαίμεθα
κουραῖϲι καὶ θρήνοιϲι πρὸϲ τὸν ἀνόϲιον.
Με. ϲωτηρίαϲ δὲ τοῦτ᾽ ἔχει τί νῷν ἄκοϲ;
παλαιότηϲ γὰρ τῷ λόγῳ γ᾽ ἔνεϲτί τιϲ.

1050. ἔργῳ Fritzsche] λόγῳ S 1051. λέγων Barnes] λέγειν S 1053. ⟨ϲ᾽⟩ ins. Hermann.

V. 1056 sanum esse negavit Hermannus; neque est dubium quin recte abiecerit eorum commentum, qui παλαιότητα simplicitatem interpretabantur. Quod tamen ipse coniecit

ἀπαιόλη γὰρ τῷ λόγῳ γ᾽ ἔνεϲτί τιϲ,

id ne ferendum quidem existimo, nedum recipiendum. Etenim si consilium proferenti respondet aliquis quaerendo eique quaestioni adiungit quaestionis rationem et causam, aut ille totum illud consilium an perfici possit dubitat, addit cur dubitet aut una aliqua res ad illud consilium pertinens quomodo perficienda sit haesitat, adicit aliquid quo in universum probari sibi illud consilium ostendat. Hermannus autem illam quaestionem cum hoc enuntiato causali copulat, id quod me quidem iudice fieri nequit. Confugit autem ad coniecturam Hermannus ideo, quia illi παλαιότηϲ propriam notionem

h. l. tribui non posse existimabat. Id quod tam praefracte negandum non erat; nam ad sensum optime quadrat; habemus priorem illam quaestionem cum enuntiato causali, quale ego descripsi; quid enim magis obest tali consilio quam tritum esse vetustate? At hoc ne semel quidem accepimus antea usum quemquam esse. Audio; quid? si hoc versu re vera non Menelaus loquitur, sed ipse Euripides designans aliquid, quod extra hanc fabulam situm sit?

Prodit Theoclymenus. Qui ubi Helenam vidit crinibus effusis, pulla veste indutam plangentem pectora audivitque mortuum Menelaum, quidquid ab illo ea petit, statim adnuit; nuntium amplissimis a se praemiis donatum in Graeciam remissum iri pollicetur, Helenam benigno adloquio consolatur. Miramur autem medio de fonte leporum surgere amari aliquid:

Ἑλ. τὸν κατθανόντα πόϲιν ἐμὸν θάψαι θέλω.
Θεοκ. τί δ'; ἔϲτ' ἀπόντων τύμβοϲ; ἢ θάψειϲ ϲκιάν;
Ἑλ. Ἕλληϲίν ἐϲτι νόμοϲ, ὃϲ ἂν πόντῳ θάνῃ
Θεοκ. τί δρᾶν; ϲοφοί τοι Πελοπίδαι τὰ τοιάδε.
Ἑλ. κενοῖϲι θάπτειν ἐν πέπλων ὑφάϲμαϲιν.

En stultum hominem! Nihil ille habet antiquius quam ut Helenae, cuius in amorem effusus est, voluntatem sibi conciliet; quod ut efficiat, per irrisionem eam Myrtili et Aëropae commonefacit; aliud enim quid potest spectare Theoclymenus? Hic quoque subesse aliquid, quod ex hac quidem tragoedia explicari non possit, adparet atque extat.

Paullulum iam redeamus. Theoclymenus dum prodit, ita sepulcrum Protei adloquitur:

ὦ χαῖρε, πατρὸϲ μνῆμ'· ἐπ' ἐξόδοιϲι γὰρ
ἔθαψα, Πρωτεῦ ϲ' ἕνεκ' ἐμῆϲ προϲρήϲεωϲ·
ἀεὶ δέ ϲ' ἐξιών τε κεἰϲιὼν δόμουϲ
Θεοκλύμενοϲ παῖϲ ὅδε προϲεννέπω, πάτερ.
ὑμεῖϲ μὲν οὖν κύναϲ τε καὶ θηρῶν βρόχουϲ
δμῶεϲ κομίζετ' εἰϲ δόμουϲ τυραννικούϲ·
ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν πόλλ' ἐλοιδόρηϲα δή·
οὐ γάρ τι θανάτῳ τοὺϲ κακοὺϲ κολάζομεν.
καὶ νῦν πέπυϲμαι φανερὸν Ἑλλήνων τινὰ
εἰϲ γῆν ἀφῖχθαι καὶ λεληθέναι ϲκοπούϲ,
ἤτοι κατόπτην ἢ κλοπαῖϲ θηρώμενον
Ἑλένην· θανεῖται δ' ἤν γε δὴ ληφθῇ μόνον.

Haesisse neminem in vv. 1171 — 1176 subit mirari. Audivit Theoclymenus speculatorem Graecum in Aegypto versari; eum avet comprehendere et morte mulctare; paullo postea videt Graecum hominem, audit fabellam de Menelai morte, dubitat an ea sit fictitia:

1221 Θε. ὀρθῶϲ μὲν ἥδε ϲυμφορὰ δακρύεται;
Ἑλ. ἐν εὐμαρεῖ γοῦν ϲὴν καϲιγνήτην λαθεῖν.
θανεῖν codd; corr. Iacobs

tamen speculatoris illius Graeci non reminiscitur, is an idem sit, quocum Helena loquatur, non dubitat. Non generaverat profecto Proteus ἐοικότα τέκνα γονεῦϲιν. Sed ne ludere videar causam: si quis crediderit sine ulla causa Euripidem fabulae suae inlaturum fuisse talem discrepantiam, promat similia; interim negabo et hic quoque requiram reconditum aliquod poetae consilium. Confiteor autem me non sine risu audire bonum Aegyptium Draconis partes gerentem nec sine gravitate semet ipsum accusantem, quod non omnes homines improbos statim supplicio adficiat. Videndum igitur an hic lateat illud, cuius causa hunc locum Helenae Euripides inseruerit.

Orestes Sophocleus ubi mortuum se esse paedagogum iussit nuntiare, infaustum omen ita avertit:

El. 59 τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ᾿, ὅταν λόγῳ θανὼν
ἔργοιϲι ϲωθῶ κἀξενέγκωμαι κλέοϲ;
δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα ϲὺν κέρδει κακόν.
ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκιϲ καὶ τοὺϲ ϲοφοὺϲ
λόγῳ μάτην θνῄϲκονταϲ· εἶθ᾿ ὅταν δόμουϲ
ἔλθωϲιν αὖθιϲ, ἐκτετίμηνται πλέον.
ὡϲ κἄμ᾿ ἐπαυχῶ τῆϲδε τῆϲ φήμηϲ ἄπο
δεδορκότ᾿ ἐχθροῖϲ ἄϲτρον ὡϲ λάμψειν ἔτι.
ἀλλ᾿, ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ᾿ ἐγχώριοι,
δέξαϲθέ μ᾿ εὐτυχοῦντα ταῖϲδε ταῖϲ ὁδοῖϲ,
ϲύ τ᾿ ὦ πατρῷον δῶμα.

Saepius Orestes dicit sapientes etiam homines se vidisse mortuos perhibitos, dein domum reversos ibique honorificentissime exceptos, id quod verum non est. Contemptim Menelaus Euripideus saepius consilium semet ipsum mortuum nuntiandi adhibitum dicit, quam ut inde salutem speraret. Irrideri concludo ab Euripide Sophoclem tempora permiscentem heroumque aetati attribuentem quae illa aetate facta non sint.

Quamquam video quosdam in ipso limine mihi obstaturos: expunxerunt enim eosdem illos, de quibus loquimur, Sophoclis versus primus (nam Adolfus Schoell ubi de iis exposuerit, non invenio) Morstadtius (Prog. Schaffh. 1864 p. 8), dein Wecklinus (ars. Soph. em. 170). Illius argumenta qui noverit, ut refutentur non postulabit; satis habeo unum perstrinxisse. Parum enim recte Orestem ait dicere καὶ τοὺϲ ϲοφούϲ; ipsum quoque esse ϲοφόν, ut qui consilium tam callidum excogitaverit. Nititur videlicet ceratina Euthydemo haud indigna in eo quod ϲοφόϲ et sapiens est et prudens; hoc sibi attribuere poterat Orestes, non item illud. Wecklino autem molestum videtur ἐπαυχῶ — at est adfirmandi notio, quae h. l. requiritur, in

αὐχῶ; quidni sit in verbo inde derivato? Nam si quis quaesiverit, quid illo ἐπί significetur, adeat Kriebitzschii quaestt. de usu verbb. cum praepp. compp. ap. Soph. p. 17 — molestum ἔτι — non molestius illud quam 471:

ὡς εἰ τάδ' ἡ τεκοῦσα πεύσεται, πικρὰν
δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι;

an loquitur Chrysothemis de tempore magis remoto quam Orestes? — molestum illud ὅταν δόμους ἔλθωσιν αὖθις, cuius rei cum neque videam causam neque demonstraverit Wecklinus, iudicium suspendo — molestissima vero tota sententia inlata ante ipsas preces δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα; mihi pulcre videtur adulescens primo fidenti animo loqui de consilio suscepto, dein submissius implorare deorum auxilium; non pugnabo, si cui aliter visum erit, modo ne se solum ille recto sensu duci contendat in re solo sensu diiudicanda. Illud tantum Schoellio, Morstadtio, Wecklino concedo non nihil languere hos versus idque ideo, quia absque ulla necessitate sententiae planissimae hoc quasi argumentum adnectitur; hinc ita tantum cum aliqua probabilitate insiticios hos vv. esse concludetur, si cur tale aliquid sibi permiserit Sophocles, inveniri non posse nobis persuaserimus.

Hac autem de re desperat Vahlenus (ind. lectt. Beroll. sem. aest. 1883 p. 14); Wilamowitzius (Herm. 18, 241) factum aliquod respici dicit, quod nobis ignotum item respexerit Euripides Hel. l. l.; quod ad quae tempora pertineat, diserte non dicit: eisdem illis temporibus attribuendum esse elucet ex irrisione, quae apud Euripidem est aperta. Simile aliquid de Sophoclis versibus protulerunt et Morstadtius et Hermannus: quanquam quae ille confingit et comminiscitur de civitatibus Graecis saeculorum V vel IV, in quibus saepe acciderit, ut victae partis principes mortuos se perhiberent, extorres viverent, honorifice postmodo revocarentur, ea portenta sunt non disserentis grammatici sed somniantis. Sed ne illorum quidem virorum auctoritate deterreor, quominus probabile esse negem circa a. 412 tale aliquid accidisse in Graecia homini tam gravi, ut mentionem eius rei in tragoediis suis faciendam putarent et Sophocles et Euripides, quamvis taceant et Thucydides et comoedia. Nemo in se recipiet fieri hoc non potuisse; sed de coniectura talia statuere non licere mihi videtur, nisi undique circumventis alia via praesto nulla est.

Videtur tamen praesto esse. Solent enim adferri sapientium nomina, quos hic significaverit Sophocles, Ulixis, Aristeae Proconnesii (Her. IV, 13 ss.), Zalmoxidis Thracis (ib. 94 ss.), Epimenidis Cretis (Diog. La. I, 109 ss.), Pythagorae Samii (schol. Soph. l. l.). Et Ulixem quidem in medio relinquo; quanquam enim me monuit Wilamowitzius nomen eius inde ab α 40 cum hac fabula coniunctum ultro subauditurос fuisse Athenienses: iisdem tamen ex eodem Odysseae loco tam cito in mentem veniebat post Clytemestram interfectam revertisse

Ulixem, ut aegre ferrent sine ulla causa ita misceri a poeta tempora. Pythagoram fidentius eximo; de quo si tale quid narratum esset, vix potuit non cognoscere Herodotus. Qui si cognosset, narrasset IV, 95 ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήςποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντον, τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον δουλεῦςαι ἐν Cάμῳ, δουλεῦςαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνηςάρχου ..... τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον ἐπιςτάμενον δίαιτάν τε Ἰάδα καὶ ἤθεα βαθύτερα ἢ κατὰ Θρήϊκας οἷα Ἕλληςί τε δμιλήςαντα καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀςθενεςτάτῳ ςοφιςτῇ Πυθαγόρῃ; immo ex iis, quae de Zalmoxide narraverat Herodotus, hanc fabellam finxit Hermippus (Diog. La. VIII, 41) cf. Rohde, Mus. Rhen. 26, 557.[60]) Epimenidem, si ad Diog. La. I, 109 Ἐπιμενίδης καθά φηςι Θεόπομπος καὶ ἄλλοι ςυχνοί, πατρὸς μὲν ἦν Φαιςτίου ...... οἱ δὲ Ἀγηςάρχου· Κρὴς τὸ γένος ἀπὸ Κνωςςοῦ ... οὗτός ποτε ... πεμφθεὶς ...... εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον τῆς ὁδοῦ κατὰ μεςημβρίαν ἐκκλίνας ὑπ᾽ ἄντρῳ τινὶ κατεκοιμήθη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτη· διαναςτὰς δὲ μετὰ ταῦτα ἐζήτει τὸ πρόβατον. ὡς δὲ οὐχ εὕριςκεν .... πάλιν ἧκεν εἰς ἄςτυ adhibueris Porphyrium ap. Euseb. praep. ev. X, 3 p. 464 C πραγμάτων δ᾽ ὑφαίρεςιν πεποίηται (Theopompus) μεταθεὶς τὰ ἐπ᾽ ἄλλων ἄλλοις, ἵνα καὶ ψεύςτης ἁλῷ τοῦτον τὸν τρόπον. Ἄνδρωνος γὰρ ἐν τῷ τρίποδι περὶ Πυθαγόρου τοῦ φιλοςόφου τὰ περὶ τὰς προρρήςεις ἱςτορηκότος εἰπόντος τε ὡς διψήςας ποτὲ ἐν Μεταποντίῳ καὶ ἔκ τινος φρέατος ἀνιμήςας καὶ πιὼν προεῖπεν ὡς εἰς τρίτην ἡμέραν ἔςοιτο ςειςμός· καὶ ἕτερά τινα τούτοις ἐπαγαγὼν ἐπιλέγει· Ταῦτ᾽ οὖν τοῦ Ἄνδρωνος περὶ Πυθαγόρου ἱςτορηκότος πάντα ὑφείλετο Θεόπομπος· εἰ μὲν περὶ Πυθαγόρου λέγων, τάχα ἂν καὶ ἕτεροι † ἠπίςταντο περὶ αὐτοῦ καὶ ἔλεγον· ταῦτα καὶ αὐτὸς † ἂν εἶπον· νῦν δὲ τὴν κλοπὴν δήλην πεποίηκεν ἡ τοῦ ὀνόματος μετάθεςις. τοῖς μὲν γὰρ πράγμαςι κέχρηται τοῖς αὐτοῖς, ἕτερον δ᾽ ὄνομα μετενήνοχε. Φερεκύδην γὰρ τὸν Cύριον πεποίηκε ταῦτα προλέγοντα κ. τ. λ., non magis certum esse concedes. Relincuntur certi duo illi sapientes, de quibus Herodotus exposuit in l. IV. Iam cf. Soph. OC. 337 ss.

ὦ πάντ᾽ ἐκείνῳ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
φύςιν κατεικαςθέντε καὶ βίου τροφάς.
ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρςενες κατὰ ςτέγας
θακοῦςιν ἱςτουργοῦντες, αἱ δὲ ςύννομοι
τἄξω βίου τροφεῖα πορςύνους᾽ ἀεί

cum Her. II, 35 (Aegyptii) τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖςι ἄλλοιςι ἀνθρώποιςι ἐςτήςαντο ἤθεά τε καὶ νόμους· ἐν τοῖςι αἱ μὲν γυναῖκες

60) Miror eundem Rohdium Mus. Rhen. 35, 162 suspicatum esse illi de Pythagora narrationi veri aliquid subesse, cum dubium esse non possit, quin quae de Zalmoxide Herodotus ea de Pythagora Hermippus narraverit.

ἀγοράζουϲι καὶ καπηλεύουϲι, οἱ δὲ ἄνδρεϲ κατ' οἴκουϲ ἐόντεϲ ὑφαίνουϲι[61]); adde, quae praeterea congessit Nieberdingius (Progr. Neustadt o/S. 1875 p. 14 ss)[62]): nonne concedes Herodoti in honorem haec dicere Orestem?

---

61) Respici h. l. Herodotum prope γραμμικῇ ἀποδείξει probari potest. Oedipus enim dum omnibus in rebus, etiam vitae cultu similes dicit Aegyptiis filios, significat verba eiusdem capitis postrema τρέφειν τοὺϲ τοκέαϲ τοῖϲι μὲν παιϲὶ οὐδεμία ἀνάγκη μὴ βουλομένοιϲι, τῇϲι δὲ θυγατράϲι πᾶϲα ἀνάγκη καὶ μὴ βουλομένῃϲι. Delevit versus Sophocleos Meinekius, fortasse propter ipsam imitationem Herodoti. Quodsi est, felici acumine Arthurius Zerdik (quaestt. Appian. 45) vidit clarissimo illo Cresphontis Euripideae fragmento (452 N.), quo perperam lugere dicimur mortuos, laetari nascentibus, ad verbum paene exprimi Her. V, 4 Τραυϲοί .... τὸν μὲν γενόμενον περιιζόμενοι οἱ προϲήκοντεϲ ὀλοφύρονται, ὅϲα μιν δεῖ, ἐπείτε ἐγένετο, ἀναπλῆϲαι κακά, ἀνηγεόμενοι τὰ ἀνθρωπήια πάντα πάθεα· τὸν δ' ἀπογενόμενον παίζοντέϲ τε καὶ ἡδόμενοι γῇ κρύπτουϲι ἐπιλέγοντεϲ, ὅϲων κακῶν ἐξαπαλλαχθείϲ ἐϲτι ἐν πάϲῃ εὐδαιμονίῃ.

62) Non dubitat ille huc revocare Ant. 904—12; et quanquam scio elegantissimo cuique existimatori vix quidquam tam certum videri quam hunc ὀβελιϲμόν, fortasse tamen ei (et Kirchhoffio) obsequendum est. Nempe multo nos magis quam omnes offensiones singulae illud pungit, quod Antigona postquam tantis excidit ausis, tam putida se ratiocinatione purgat; id quod vix poterit clarius adparere quam si idem argumentum (omissis videlicet eis argutiis, quae vv. 909 ss. continentur) proferri viderimus ab Alexandra muliere aeque callida ac perfida in Hebbelii tragoedia, quam de Herode et Mariamna scripsit (Ges. Werke I, 172). Liceat igitur tribus aliis exemplis ostendere, quam sit lubricum nostro sensu definire, quid senserint, quid non senserint poetae tragici Graeci. Fac quaeso nostratem aliquem poetam de Oedipi fatis tragoediam conscribere, Oedipum illum detecto scelere primo fugere patriam velle, postea, cum hoc facere aliquamdiu sit prohibitus, extrudi; iam nolle, malle manere in terra ipsius piaculo polluta quam exilii miserias perpeti; nonne sperneremus humile hominis ingenium? Atqui descripsi Oedipum Sophocleum satis copiose haec narrantem OC. 433 ss.

τὴν μὲν αὐτίχ' ἡμέραν,
ὁπηνίκ' ἔζει θυμὸϲ ἥδιϲτόν τ' ἐμοὶ
τὸ κατθανεῖν ἦν καὶ τὸ λευϲθῆναι πέτροιϲ,
οὐδεὶϲ ἔρωτοϲ τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν·(?)
χρόνῳ δ', ὅτ' ἤδη πᾶϲ ὁ μόχθοϲ ἦν πέπων
κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι
μείζω κολαϲτὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων,
τὸ τηνίκ' ἤδη τοῦτο μὲν πόλιϲ βίᾳ
ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆϲ χρόνιον.

(Rectius hac quidem in re Senecae Oedipus (Phoen. 216) quamvis alioquin et efferatus et verbosus consolanti Antigonae:

Me fugio; fugio conscium scelerum omnium
Pectus manumque hanc fugio et hoc coelum et deos.)

Fac matrem eo furoris adactam, ut quos ipsa procreaverit liberos, eos necare animum induxerit; iam conqueri illam, priusquam facinus perpetret frustra se sperasse senectutem suam ab illis levatum iri: num crederemus matrem loqui? Atqui Euripides hoc non reformidabat: Med. 1032 s.

Iam igitur non solum Sophocli vindicatus est locus, verum etiam cur irrisus sit ab Euripide, scimus: reprehendebat ille Sophoclem, quod Herodoti gratia languidis versibus tragoediam deturpavisset. Facile nunc inveniuntur, quae reliquis duobus Helenae locis in Electra respondeant: vv. 504 ss.

ὦ Πέλοπος ἁ πρόσθεν
πολύπονος ἱππεία
ὡς ἔμολες αἰανὴς
τᾷδε γᾷ.
εὖτε γὰρ ὁ ποντισθεὶς
Μυρτίλος ἐκοιμάθη
παγχρύσων ἐκ δίφρων
δυστάνοις αἰκίαις
πρόρριζος ἐκριφθείς,
οὔ τί πω
ἔλιπεν ἐκ τοῦδ᾽ οἴκους
πολύπονος αἰκία

(quanquam enim fateor me nescire, cur hos versus ita significaverit Euripides, significatos eos esse propter eum locum, de quo antea disputavi, non dubito) et vv. satis frigidi non alia de causa scripti, nisi ne sine sententia abiret Orestes (cf. Wilamow. Herm. 18, 257 et quae attulit Heimsoethius de interpoll. comm. VI, 3 ss., quanquam is aliter explicavit) 1505 ss.

χρῆν δ᾽ εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην
ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει,
κτείνειν· τὸ γὰρ πανοῦργον οὐκ ἂν ἦν πολύ.

Demonstratum existimo Electram Sophocleam in Helena Euripidea compluries irrideri; atqui Helena docta est a. 412 (schol. Thesm. 1012. Ran. 53 cf. Hermann, praef. Hel. VII).

Scio nunc hoc quoque labefactari a Zielińskio, Gliederung der attischen Komödie 97. Videntur autem eius argumenta refutari posse. Primum enim schol. Arist. Av. 348 antestatus est: καὶ δοῦναι

ἦ μήν ποθ᾽ ἡ δύστηνος εἶχον ἐλπίδας
πολλὰς ἐν ὑμῖν γηροβοσκήσειν τ᾽ ἐμέ ...

Quaeras simile apud Senecam, Cornelium, Klingerum, Grillparzerum; frustra quaeres. Fac denique filio dei iussu matrem esse necandam; illum cur hoc necessarium sit, secum reputare; reputantem etiam egestatem adferre, qua matre demum necata desiturus sit premi: nonne horreremus adulescentuli duritiem? Audi Orestem Aeschyleum Cho. 293

καὶ πρὸς πιέζει χρημάτων ἀχηνία.

Et fuerunt, qui Orestem Sophocleum propter hanc quidem causam dicere non potuisse crederent El. 71 s.

καὶ μή μ᾽ ἄτιμον τῆσδ᾽ ἀποστείλητε γῆς,
ἀλλ᾽ ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων.

ῥύγχει φορβάν: παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας 'ἐκθεῖναι κήτει φορβάν' ὡς Ἀσκληπιάδης τὰ μηδέπω διδαχθείσης τῆς τραγῳδίας παρατιθέμενος, ὡς καὶ τὸ 'σὰ γὰρ ταῦτα πάντα καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε' παρὰ τὸ ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησι 'κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ' καὶ ὅλως πολὺ παρὰ πᾶσι τὸ τοιοῦτον. Non dubitat Zielińskius, quin re vera Euripidis illud designaverit Aristophanes: multas profecto inveniemus inrisiones, si propter numeros communes et unum vocabulum, sensum autem prorsus diversum eas statuere licebit. Quanquam hoc ne ipse quidem premit Zielińskius; Asclepiades inrideri Euripidem dicit; necesse est potuisse eum inrideri, ergo Andromeda (cumque ea Helena eodem quo illa anno docta) ante a. 415 scripta est.

Mihi haec argumentandi ratio ut nova ita minime videtur probanda. Asclepiades Euripidem inrideri volt; alius qui quis fuerit, nos definire non possumus, fieri hoc posse negat, quia fabulae illae Euripideae post fabulam Aristophaneam doctae sint. Nos nihil omnino habemus quo singulorum auctorum fidem examinemus, nihil cur dubitemus[63]) de fide eius, qui diserte a se alterum profiteatur emendari, nisi quod illius nomen novimus, huius non item. Quodsi illic Aristophanes vel Eratosthenes nominaretur, paullo se aliter res haberet; (quanquam vel ita scholiastae dicenti eos errasse in aliqua re, quia fabulam doctam esse existimarent eo tempore, quo nondum esset docta, arrogantius responderemus hoc ideo verum non esse, quia credibile non esset doctos grammaticos ita errasse): nunc nominatur homo ut satis antiquus, ita tam ridiculo studio abreptus inrisiones Euripideas statuendi, ut huc trahere non dubitet Avium illud secundo loco in scholiis prolatum. Reliqua facilius etiam reiciuntur. Euripides in Helena (835):

πῶς οὖν θανούμεθ' ὥστε καὶ δόξαν λαβεῖν;

Aristophanes in equitibus (80 s.)

ἀλλὰ σκόπει,
ὅπως ἂν ἀποθάνωμεν ἀνδρικώτατα.

Apertum videtur Zielińskio ab Aristophane describi Euripidem; esse igitur ante Lenaea a. 424 Helenam doctam. Probabilius ex equitum illo versu concludas post a. 424 Helenam doctam esse; quae si antea docta fuisset, h. l. inrisurus fuit Aristophanes; nunc enim non inridet; quodsi voluisset inridere, hic non magis quam alibi (cf. Ribbeck, Acharn. p. 265 ss.) migrasset primariam parodiae legem,

63) Non potest ad ea Zielińskius provocare, quae de Calligenia et Nestia acute sane disputavit; neque enim haec ullo cum illa quaestione vinculo coniuncta sunt. Inde (si modo recta sunt, quae ille statuit) nihil sequitur nisi Antiopam, si modo in Calligenia irrisa sit, non posse inter postremas Euripidis fabulas recenseri (l. l. p. 107).

quae, nisi quid obstiterit, iubet quam accuratissime exprimi verba eius, qui παρῳδεῖται.

Tertium Zielińskii argumentum paullo postea examinabimus; nunc quod diximus tenemus; ante a. 412 doctam esse Electram Sophocleam vel si ad ipsum a. 412 pertineat, Helena certe esse anteriorem.

Quo Euripides in Electra scribenda consilio ductus sit, primus[64]) quod ego sciam vidit Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff (Herm. 18, 214 ss.). Nam illud pridem observatum est Clytemestram ab Euripide induci admodum mitem atque humanam et ex eius invidia nonnihil deonerari traicique in Aegisthum, caedem autem quam horridissime institutam esse, ut matris quamvis scelestae misereamur tamen occisae a liberis. Hoc qui explicaret, ego non inveni, facile autem dici poterat Euripidem, quo vehementius percuteret audientium animos, hoc ita instituisse. At plura Wilamowitzius protulit: primum Castorem Pollucemque non solum improbare facinus ab Oreste perpetratum, verum etiam reprehendere eum, qui auctor extitisset Oresti, Apollinem; dein Electrae mores ab Euripide dedita opera esse corruptos. Hoc autem ille explicaturus voluisse Euripidem statuit eo perducere audientes, ut ipsi quoque reformidarent Orestem Electramque et intellegerent nihil unquam committi a matre tam foedi posse, ut excusationem inde peteret matricida, i. e. iniuria ante illos XLV annos plausum esse Aeschyli Orestiae. Quanto autem ille quasi odio flagret Aeschyli, luculenter testatur eo loco, ubi inepta aeque ac minuta diligentia Aeschyli ἀναγνωρισμόν perstringit (v. 508 ss.).

Iam vero quid Sophocles? Apud Aeschylum adulescenti ut pietatis memoriam eximeret, crudelissima quaeque minatus erat Apollo (Cho. 261 ss.); non ignorabat ille ipsum quasi Pelopidarum fatum sua manu necare Clytemestram:

564 φόνου δ' Ἐρινὺς οὐχ ὑπεσπανισμένη
ἄκρατον αἷμα πίεται τρίτην πόσιν.

Idem apud Sophoclem quin esset necanda mater, nunquam dubitavit; qua ratione rem exsequeretur, quaesivit ex Apolline. Ille patrato facinore exagitatur angore et cruciatu; divine primo recensendis matris Aegisthique criminibus semet ipsum decipientem facit Aeschylus; subnascuntur dubitationes; paullatim appropinquantem sentit furorem; ipsas postremo cernit Furias; correptus vesania praeceps agitur de patria ab ipso liberata: hic an recte fecerit paullulum subdubitat, si modo dubitat (El. 1424 τἀν δόμοισι μὲν καλῶς, Ἀπόλλων εἰ καλῶς ἐθέσπισεν); sententiam dum abit de trivio arreptam tranquillo

64) Iniuria Wilamowitzium vituperat Singerus (die beiden Elektren 54) quod Gruppium Kolsterumque non nominaverit; prorsus enim diversis hi rationibus usi sunt. Mihi autem Kolsterus suas non magis quam Gruppius probavit; qua de re fusius dicerem, nisi ad comprobandum id quod volo abunde sufficerent Wilamowitzii argumenta.

animo pronuntiat. Atqui ne Aeschylus quidem Euripidi videbatur satisfecisse pietati; vel in illo oblitus erat, quam turpe esset vituperiis vellicare mortuos; quid censes? ad irridendum Sophoclem num annum 412 exspectavisset, si ante ipsius Electram suam scripsisset Sophocles?[65])

At id ipsum probat Ribbeckius (Leipz. Studd. VIII, 382). Audio; sed fateor mihi ex eius rationibus nullam videri tam gravem, ut cogamur suspendere iudicium. Observavit ille arte vere laniaria et taurum ab Oreste mactari et Aegisthum trucidari, id quod procul dubio et verum est neque facile ad explicandum. Iam vero et chorus et Electra Orestis facinus cum certaminibus Olympicis comparant eisque longe praestare dicunt. Inde Ribbeckius concludit haec apud Euripidem scripta esse quasi ad superanda (et procul dubio etiam reprehendenda) ea quae de equiriis narrat Sophocles. Mihi quidem hoc paullo humilius videtur quam quod Euripidem commisisse arbitror. Sed ut hoc mittam, cur ille in media via substitit? cur intellegi quid vellet ipse noluit? Ita enim Electra in v. 883:

ἥκεις γὰρ οὐκ ἀχρεῖον ἔκπλεθρον δραμών;

non loquitur de equestri cursu, sed de pedestri. Dein Orestis verbis quae sunt (v. 893)

ἥκω γὰρ οὐ λόγοισιν, ἀλλ' ἔργοις κτανὼν
Αἴγισθον

reprehendi existimat Ribbeckius concertationem illam paullo longinquiorem, quae Aegisthum inter et Orestem apud Sophoclem fiat (v. 1471 ss.). Concedo si demonstratum esset praecedere fabulam Sophocleam, haud improbabile hoc futurum esse; sed demonstrari illud hinc ideo non potest, quia haec locutio (quae minime rara est; cf. Wilamowitzius l. l.) talem explicationem admittit tantum, non postulat. Ad postremum si praecessisset Electra Euripidea, adsciturum fuisse Sophoclem Ribbeckius existimat, quae rectius apud Euripidem adornata essent. Quid? si consulto aspernabatur Sophocles, quae praeberet adversarius? Non ego hoc adfirmo; sed fieri id potuisse non credo Ribbeckium negaturum esse. Et haec quidem, si quid video, ea sunt argumenta, quibus nititur eius sententia; e reliquis ne ipsum quidem existimo certo concludere Sophoclis vestigia legisse Euripidem. Sunt nonnulla similia in Clytemestrae et Aegisthi sacrificiis, sunt verborum similitudines haud leves inter utrumque poetam; sed etiamsi certum esset alterum hic ab altero aliquid sumpsisse, uter ab utro mutuatus esset, ex his quidem rebus concludi non posset.

---

65) Paullulum Wilamowitzii ratiocinationem deflexi et immutavi; non quod ex iis, quae ille dixit, quidquam reprobarem, sed videbatur aptior ad persuadendum haec ratio argumentandi.

His ego de causis Ribbeckio subscribere nequeo; videndum nunc est de tempore Electrae Euripideae. Est autem a. 413 docta. Electrae enim versibus 1347—1356

νὼ δ' ἐπὶ πόντον Cικελὸν cπουδῇ
cῴcοντε νεῶν πρῴρας ἐνάλους.
διὰ δ' αἰθερίας cτείχοντε πλακὸc
τοῖc μὲν μυcαροῖc οὐκ ἐπαρήγομεν,
οἷcιν δ' ὅcιον καὶ τὸ δίκαιον
φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν
ἐκλύοντεc μόχθων cῴζομεν.
οὕτωc ἀδικεῖν μηδεὶc θελέτω
μηδ' ἐπιόρκων μέτα cυμπλείτω
θεὸc ὢν θνητοῖc ἀγορεύω.
Χο. χαίρετε· χαίρειν δ' ὅcτιc δύναται
καὶ ξυντυχίᾳ μήτινι κάμνει
θνητῶν, εὐδαίμονα[66]) πράccει.

consolatus est Euripides Atheniensium animos non solum Decelea capta[67]) infractos (Thuc. VII, 27. 28), verum etiam propter expeditionem Siculam inter spem metumque anxie fluctuantes; iam remotum esse ab imperio eum, qui iuris iurandi religionem violavisset, Alcibiadem; iam classi ab impii hominis pollutione liberatae deos patrocinaturos ipsorumque consilia ad felicem eventum provecturos esse.

Quam sententiam multorum adsensione probatam[68]) non existimo vere refutatam esse iis quae in contrariam partem disputavit Ricardus Haupt (Ztschr. f. oest. Gymn. 24, 660 ss.). Qui quod Siculum mare non minus bene quam alia nominari potuisse dicit, quia non minus quam alibi naves Atticae fuerint: cur hoc maxime nominatum sit, non explicat; quod autem Horatii monet 'Myrtoum mare' et similia sine ulla causa appellantis: constat sane 'non tuto conligi poetas Latinos, ubicunque topicis nominibus, quorum causas ignoremus, carmina sua ornavissent, secutos esse incognitas nobis narrationes' (M. Haupt, ind. scholl. Beroll. sem. aest. 1864, 6); attamen non licet, quod de poetis Latinis recte dicitur, id ad poetas Graecos continuo

---

66) Versus 1357—59 inepti aliquando sunt iudicati. Sed plus inesse in illo εὐδαίμονα quam solam felicitatis notionem monuit me Wilamowitzius. Vere eum monuisse testis est Sophocles in Antigona: εὐδαίμονεc οἷcι κακῶν ἄγευcτοc αἰών.

67) Hoc ut non extra omnem dubitationem positum, ita perquam est probabile. Electram enim verisimile est inter Elaphebolionis dies VIII et XIII, certum non ante Gamelionis d. VIII doctam esse. Atqui τοῦ ἦροc εὐθὺc ἀρχομένου πρῴτατα Λακεδαιμόνιοι ἐcέβαλον (Thuc. VII, 19), unde quamquam certum tempus deduci nequit (cf. Wilamowitzii curr. Thucc. 19), solito tamen maturius profectos esse Lacedaemonios concluditur.

68) Rei summam viderat Bodius (Gesch. d. hell. Dichtk. 2, 1, 404); reliquos invenies indicatos ap. Weilium, Sept tragéd. d'Eurip. p. 568.

transferre.[69]) Me autem, qui meae memoriae non satis fiderem, Wilamowitzius edocuit apud Aeschylum et Euripidem nihil tale inveniri, unum exemplum apud Sophoclem Tr. 119

οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου
πολύπονον ὥςπερ πέλαγος Κρήσιον.

Quod vero premi vetat Hauptius periuri notionem intellegique iubet homines improbos, hoc antequam credamus, iure postulabimus exempla. Euripidem igitur aut fateamur necesse est a nobis non intellegi aut significari dicendus homo aliqui periurus. Iam memineris, quomodo periurum esse demonstret Leocratem Lycurgus (§ 76 ss.): nonne optime hoc quadrare concedes in eum, qui in Atticam duxerit Lacedaemonios, Alcibiadem?

Conatus non sum refutare ea, quibus vv. 1233—1359 commotus est Nauckius ut spurios iudicaret (de tragg. Graec. frr. obss. critt. p. 8): neque enim possum.[70]) Sed quidquid statuimus de iis, quae ille reprehendit, ab interpolatore proficisci potuisse vv. 1347 ss. non potero concedere, nisi forte probatum erit interpolatorem consulto inseruisse ea, quae legentes anni 413 et expeditionis Siculae commonefacerent.

Zielińskium refutare possum. Ab Hartungio (Eur. rest. II, 391) ille ait demonstratum eiusdem didascaliae fuisse Electram et Helenam. Atqui Helenam anno 413 esse superiorem, esse igitur, ut habeamus, quo vv. postremos referamus, Electram ad prioris expeditionis Siculae tempus referendam. Qui iam sint illi ἐπίορκοι, non ille disertis verbis dicit, sed cum dicturum se esse profiteatur p. 98, non potest non cogitasse de Syracusanis, qui perfide Messanam cepissent (p. 111). Admonentur igitur Athenienses, ne eandem quam hostes eorum navem intrent; quae admonitio an necessaria fuerit, dubitari certe potest. Quanquam quid opus est singulas quaerere difficultates? Nam de re universa disputari non poterit, antequam demonstraverit Zielińskius minus bene vv. El. 1278—84 indicari argumentum eius fabulae, quae post annum futurum sit ut doceatur, quam eius quae sequatur continuo.[71])

---

69) Veluti est apud Alcaeum:

Ὕει μὲν ὁ Ζεύς, ἐκ δ' ὀράνω μέγας
χείμων,

apud Horatium:

Vides ut alta stet nive candidum
Soracte.

70) Illud tantum adfirmaverim immerito reprehendi a Nauckio, quod praeter consuetudinem poetarum tragicorum Graecorum in v. 1234 distinguantur θεοί et δαίμονες. Ipse enim de Musgravii coniectura scripsit Hec. 163

ποῦ τις θεῶν
ἢ δαίμων νῷν (δαιμόνων libri) ἐπαρωγός;

71) Possint obstare videri Electrae numeri. Nam et Rumpelius (Philol. 24, 407 ss.) ostendit, si hos spectes, antiquioribus fabulis simi-

Inter Electram et Helenam Euripideas docta est Electra Sophoclea, i. e. intra annos 413 et 412. Atqui illis temporibus Athenis fabulae docebantur et Dionysiis et Lenaeis. His autem utrum tragoediae novae doctae sint necne per saeculum V, et dubitatur et ut conemur certe quam angustissimis finibus circumscribere suspicandi spatium, diiudicare nobis conandum est.

Negavit primus Madvicus (Kl. philol. Schrr. 441) argumento innixus huic: in didascaliis comicis semper utrum Lenaeis an Dionysiis fabulae actae sint, indicari, non item in tragicis. Verum hoc est; monendum est autem quae prope ultima aetatem tulit didascalia Philoctetae Sophocleae (pertinens illa ad a. 409), ea cum in fine vel mutilata sit vel in brevius coarctata, nihil inde certi concludi posse; quae ultima servata sit, in ea Dionysia urbica indicari (schol. Ar. Ran. 67). Gravius illud quod quae adferuntur victoriae Lenaeis reportatae, eas omnes ad saeculum IV pertinere Madvicus demonstrare conatur. Neque vero illi res bene cessit: victoriam enim Agathonis primam, quam ad celebrandam convivium Platonicum institutum est, Lenaeis a. 417 reportatam esse testatur Athenaeus 217 A. Obiecerunt Platonis interpretes verbis Plat. Symp. 175 E ἡ δὲ ϲὴ (sc. ϲοφία), λαμπρά τε καὶ πολλὴν ἐπίδοϲιν ἔχουϲα, ἥ γε παρὰ ϲοῦ νέου ὄντοϲ οὕτω ϲφόδρα ἐξέλαμψε καὶ ἐκφανὴϲ ἐγένετο πρῴην ἐν μάρτυϲι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τριϲμυρίοιϲ non posse significari Lenaea, ut quibus socii Atheniensium Athenis non fuissent. Quos certissime redarguit Paulus Nikitin in libro Rossice conscripto 'Zur Geschichte der dramatischen Wettkämpfe in Athen' St. Petersburg 1882 (cf. Philol. Wochenschrift III, 964 ss.) imprimis cl. Ar. Vesp. (quae fabula docta est Lenaeis a. 423) v. 1010

ὦ μυριάδεϲ ἀναρίθμητοι.

Sed in hoc adquiescere non possumus. Demonstrat enim Udal-

liorem esse Electram et idem probabitur, si singulare aliquod licentiae genus consideraveris. Vide enim hanc tabulam, qua quotiens inveniatur in C senariis diaeresis post pedem tertium ita ut praecedat pyrrhichius, notatum est. Habent in

Alcestide	docta	a. 438	hanc	diaeresin	senariorum	0,28 %
Medea	„	a. 431	„	„	„	0,10 %
Hippolyto	„	a. 429	„	„	„	0,18 %
Troadibus	„	a. 415	„	„	„	2,45 %
Helena	„	a. 412	„	„	„	4,29 %
Oreste	„	a. 408	„	„	„	4,96 %.

nam Bacchas et Iphigeniam Aulidensem (in quibus sunt 3,85 % et 4,26 %) post Euripidis mortem doctas esse accepimus, quando scriptae sint, ignoramus. Electra autem, quae inter Troadas et Helenam conlocanda est, habet 1,82 %. Consentaneum est eiusmodi argumentis, quae ipse de se iudicat poeta, infringi non posse; fortasse autem explicari potest ea discrepantia. Quid enim? Euripidem in Electra conscribenda non destitisse manu versare eam fabulam, cui suam oppositurus esset, per se intellegitur; ex Aeschyli autem Choephoris severiori versuum generi paullisper eius aures fuisse adsuetas num abhorret a vero?

ricus Koehler (Mitth. d. arch. Inst. z. Athen III, 133) ante a. 393 doctas non esse Lenaeis tragoedias. Putaveris haec a nobis neglegi posse; ipse enim Koehlerus CIA II, 2, 972 propter causam plane novam aa. 421/0 et 420/19 Lenaeis doctas esse tragoedias contendit. Hoc autem audacius ab eo concludi videtur mihi demonstrari posse;[72]) itaque cum Koehlerus argumenta antea prolata non retractaverit, sed satis idonea iudicaverit, priora illa nihilo minus nobis examinanda sunt. Duas autem l. l. Koehlerus protulit inscriptiones, alteram a. 393 CIA II 10 a p. 397 ὁ δὲ [κῆρυξ ἀναγορευcάτω ἐν τῷ θεάτρῳ]ι ὅτ[α]ν ο[ἱ] τρα[γῳδοὶ ὦcι ὅτι ὁ δῆμοc ὁ ᾿Αθη]ναίων Εὐαγόρ[αν cτεφανοῖ ἀρετῆc ἕνεκα, qua in inscriptione cum certae feriae nominatae non sint, intellegenda esse Dionysia urbica concludendumque his solis feriis tragoedias esse doctas. Redarguit hoc Nikitinus l. l. 966: significari videlicet ferias proximas ab eo die, quo factum sit decretum. Altera inscriptio ad a. 410 pertinens CIA I, 59 admodum mutilata est. Certo tamen eam Koehlerus existimat ita esse a se restitutam: καὶ [ἀνειπεῖν τὸν κήρυκα τραγῳδῶν τῶι] ἀγῶνι ὧν ἕν[εκα αὐτὸν ὁ δῆμοc ἐcτεφάνωc]ε. Quod si verum esset, necessario inde sequeretur singulis feriis i. e. Dionysiis maioribus tragoedias tunc doctas esse. Cui Nikitinus respondet l. l. non minus bene suppleri posse [ἀνειπεῖν Διονυcίων τραγῳδῶν τῶι] ἀγῶνι. Revera neutrum suppleri potest; deficiunt enim 30, non 29 litterae. Koehlero autem illud quoque obiciendum erat in hoc inscriptionum genere non addi τὸν κήρυκα cf. CIA II, 1, 465 l. 16. 51. 466 l. 41. 467 l. 48. 99. 468 l. 31. 469 l. 68. 82. 479 l. 37. 482 l. 53 etc.

Negari non posse vidimus quin aa. 413 et 412 novae tragoediae Lenaeis doctae sint. Diiudicandum nunc est, utrum eodem tempore[73]) Euripides et Sophocles docuerint Electras an tragoedia illius acta suam ut scriberet Sophocles commotus sit. Illud si est, aut uterque Lenaeis Dionysiisve a. 413 fabulas docuit aut alter Lenaeis alter Dionysiis; hoc si est, Euripides a. 413, Sophocles a. 412 Electras docuisse dicendi sunt.[74])

Illud Wilamowitzius contendit (l. l. 214 ss.) propter similitudines quasdam, quae Euripidem inter et Sophoclem extent, quae nisi illum

---

72) Dicuntur ibi in fragm. didascaliarum annis quos dixi, duo inter se certasse poetae tragici. Hoc nisi Lenaeis fieri non potuisse adfirmat Koehlerus. Mihi deliberanti praeter illud fragm. quattuor aetatem tulisse didascalias plenas (Aesch. Sept. Eur. Alc. [nam lacuna post ᾿Αλκήcτιδι recte indicatur a Kirchhoffio propter illud πρῶτοc] Hipp. Med.) talis conclusio admodum incerta videtur.

73) Nolim hoc ita accipi quasi demonstratum a Wilamowitzio non credam et post Electram Euripideam et propter eam suam Sophoclem scripsisse. Sed potest post illum fabulam composuisse, eodem tempore quo ille docuisse.

74) Subsequitur ita Electram Sophocleam Helena; et poterat facile Euripides etiamsi paucorum dierum spatium intererat, istas irrisiones inserere fabulae suae.

praecessisse sumas, explicari non possint. Primum enim utriusque tragoediae inter prologos nonnihil existere similitudinis. Utrobique primum prodire Orestem, hic cum Pylade et paedagogo, illic cum Pylade solo. Atqui apud Sophoclem iustam cur adsint causam desiderari, esse apud Euripidem. Nec possum negare hoc neque volo. Sed si Choephoros solam sequebatur, nonne ad idem deducebatur Sophocles? At in prologo Choephoron non deliberat Orestes, quid faciendum sit. Audio; sed si ita Sophocles Aeschylum sequi volebat, ut primum adpareret Orestes cum sociis, vix poterant aliud facientes induci; patris enim sepulcrum in scena esse non debebat, quia quae Electram inter et Chrysothemin 328 ss. et 871 ss. aguntur, nisi remoto sepulcro fieri non poterant.

Postquam Orestes cum suis abiit, apud Sophoclem calamitatem suam commiseratur Electra, dein prodit chorus; non aliter apud Euripidem res agitur, nisi quod ibi ideo se venire chorus dicit, ut ad ferias celebrandas Electram vocet, apud Sophoclem causa cur veniat, nulla extat. Utrobique autem chorus e virginibus constat, non e servis, ut est apud Aeschylum. Quae de choro prodeunte dixit Wilamowitzius, ea probare nequeo: neque illud certum est e virginibus eum constare (non minus bene de matronis cogitari potest)[75]) et plane eodem modo sine ulla causa chorus prodit in Trachiniis. Illud autem fingere, quod unius illius loci causa finxit Euripides, postea ne commemoravit quidem[76]), num tanti erat ingenii, ut imitatione concessa explicetur, cur apud Sophoclem sine iusta causa chorus intret? Sed illud verum est apud Aeschylum primum canere chorum, dein loqui Electram, apud Euripidem et Sophoclem hunc ordinem esse inversum. Neque ego si quis hoc presserit, obstabo; moneo autem non apud Euripidem, sed apud Sophoclem propter iustam causam querentem induci Electram. Illa enim canit ut canat; hanc quid magis consentaneum quam postquam domi in angustiis plorando plangendoque pervigilaverit noctem, dum prodeat in solis lucem auramque matutinam, apud has iam effundere querelas?

Quae de vv. Eur. El. 1011—1099 et Soph. El. 516—609 disseruit Wilamowitzius, eis mihi quidem non magis persuaderi fateor. Hic autem satis habebo unum tetigisse Sophoclem, eius enim sententiam ille mihi videtur aliquantulum deflexisse. Nullam cur Agamemnonem necaverit, a Clytemestra causam adferri dicit, nisi quod Iphigenia pro Graecis et Menelao immolata sit; mire illam tacere de

---

75) Singer, die beiden Elektren 73.

76) Singer l. l. 65. Haec sola inveni in illo libello, quae viderentur commemoranda. Unum tamen ex iis, quae nova ibi prolata sunt, quo plures inde capere possint delectationem, h. l. liceat commemorare. Fabulas enim Sophocleas in L° secundum ordinem chronologicum dispositas esse vidit Singerus; esse ergo ante Antigonam doctam Electram. Nolit igitur quisquam in posterum credere Electram triadis Byzantinae esse δρᾶμα δεύτερον (schol. Eur. Or. 23).

Cassandra. Mihi hoc mirum non videtur esse; nempe Sophocles si vincere in illo iurgio volebat Electram, non poterat alia proferentem facere Clytemestram, nisi quae certo possent refutari; atqui hoc vix poterat ita redargui, ut omni culpa Agamemno liberaretur. Dein Agamemnonis culpam quae videretur Clytemestrae, non mihi videtur recte definivisse Wilamowitzius; non enim illud illa reprehendit, quod pro Graecis et Menelao filiam immolaverit Agamemno, sed quod pro illis eam immolaverit, cum opus non fuerit hanc maxime immolari: cf. vv. 542 s.

ἢ τῶν ἐμῶν Ἅιδης τιν' ἵμερον τέκνων
ἢ τῶν ἐκείνης ἔσχε δαίσασθαι πλέον;

Cui Electra: Fuisse, cur haec immolaretur. Nam propter Agamemnonis culpam naves a Diana retentas esse (563); itaque illius maxime filiam sacrificio esse postulatam (572), ut Graecorum naves Troiam adpelli possent (574). Neque ergo mihi videtur recte Wilamowitzius quaesivisse (l. l. p. 220): Quid igitur? Propter suam culpam potius quam pro fratre populove Iphigeniam immolare debebat Agamemno? Immolata Iphigenia pro exercitu Graecorum et Menelao est; ut haec maxime immolanda esset, id Agamemnonis culpa factum est.

Et hoc quidem refutatum videtur; priori illi argumento, quod a similitudinibus prologorum desumptum est, si quis inniti volet, non possum intercedere. Mihi autem vel ideo parum id probari fateor, quia Sophoclem evitaturum potius quam quaesiturum fuisse existimo talem similitudinem fabulae eius, cui suam esset oppositurus. Sed quidquid id est, ultra probabilitatem illo argumento non escendi id mihi videor demonstravisse.

Licet igitur alteram viam ingredi. Conabor autem demonstrare propria quaedam in Electra adparere, quibus discrepet a reliquis fabulis Sophoclis; dein explicari ea posse, si festinanter fabulam compositam esse sumamus. Cuius festinationis iusta reperta erit causa, si nondum actae Electrae Euripideae argumentum novisse consiliumque cepisse Sophoclem statuerimus statim respondere adversario, i. e. si una cum Electra Euripidea Sophocleam ineunte a. 413 doctam esse sumpserimus.

Hic autem primum illud adferendum est, quod compluries in hac fabula deprehenditur Sophocles sui ipsius imitator. Iure enim optimo videtur dixisse Wilamowitzius vix scripturum fuisse Sophoclem v. 473

εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας λειπομένα σοφᾶς,

nisi scripsisset OR. 1086

εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις,

vix imprecaturam fuisse Clytemestram Apollinem, nisi antea impre-

cata esset Iocasta (ib. 911—923); pridem denique observatum est Electram et Chrysothemin easdem esse quas Antigonam et Ismenam, El. autem vv. 871—1057 expressos esse ex Ant. 1—100. Et fateor me in talibus rebus non adgnoscere ullum Sophoclis artificium, sed nihil nisi neglegentiam quandam, quam gaudeam temporis angustiis explicari posse.

Accedunt quaedam, quae parum diligenter administrata esse nemo possit infitiari. Rectissime enim Wilamowitzius iudicat quae in prologo fiant, ea cur fiant, nullam omnino adferri causam. Scire autem velim, quid Oresti responsurus fuerit paedagogus, si illum dicentem

20 πρὶν οὖν τιν᾽ ἀνδρῶν ἐξοδοιπορεῖν (?) στέγης
ξυνάπτετον (?) λόγοισιν· ὡς ἐνταῦθ᾽ † ἐμέν[77]),
ἵν᾽ οὐκέτ᾽ ὀκνεῖν καιρὸς ἀλλ᾽ ἔργων ἀκμή

interrogasset Orestes, cur eo potissimum loco vellet deliberari, cur non eo se converterent, ubi neminem superventurum sperari posset. Electrae autem urnam adloquentis si paullulum represseris admirationem, nonne admodum tibi mire videbitur Orestes, qui in prologo gemitu exaudito statim Electrae meminerit, nunc surdo par esse et caeco? Nihil vero hoc gravius: iubetur paedagogus (39) domum intrare, quid intus geratur, explorare, ut socios certiores faciat (ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμὶν ἀγγείλῃς σαφῆ), Orestis denique mortem nuntiare. Orestes igitur cautissime procedens primum certior fieri volt, num is sit domi rerum status, ut faustus exitus sperari possit, dein domum intrare. Idem postea non exspectat, dum redeat paedagogus, sed paullo post eum advenit. Nimirum remittere paedagogum, quem consentaneum erat a Clytemestra hospitio excipi, vix poterat Sophocles. Quod autem dixeris in v. 73 domum intrare paedagogum iuberi, ut omnia exploret; et ivisse; dein rediisse nuntiumque pertulisse, denique denuo domum petivisse: primum male sani hoc erat ea diei hora domum alienam intrare et explorare; dein nisi artificiis, qualibus grammatici certe solemus abstinere, cum dicat Orestes

38 ὅτ᾽ οὖν τοιόνδε χρησμὸν εἰσηκούσαμεν,
σὺ μὲν μολὼν ὅταν σε καιρὸς εἰσάγῃ,
40 δόμων ἔσω τῶνδ᾽ ἴσθι (?) πᾶν τὸ δρώμενον,
ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμὶν ἀγγείλῃς σαφῆ.

---

77) Non persuasit mihi Vahlenus a Sophocle ἐμέν scriptum esse. Quod autem ille dicit nullam adhuc repertam esse coniecturam, quae ullo modo loco satisfaciat, audivi aliquando Ludovicum Langium, quem nuperrime defunctum dolemus, hoc scribendum proponentem:

ξυνάπτετον λόγοισιν, ὡς ἐνταῦθ᾽ ἔνι,
ἵν᾽ οὐκέτ᾽ ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ᾽ ἔργων ἀκμή.

Quam coniecturam et elegantissimam esse et facillimam non vereor ne ipse neget Vahlenus.

οὐ γάρ cε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ
γνῶϲ᾽ οὐδ᾽ ὑποπτεύϲουϲιν ὧδ᾽ ἠνθιϲμένον.
λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδ᾽, ὅτι ξένοϲ μὲν εἶ
Φωκεύϲ,

hinc duo paedagogi itinera non eliciemus. Sensit autem hoc ipse Sophocles; nam Oresti in v. 1343 quaerenti

χαίρουϲιν οὖν τούτοιϲιν ἢ τίνεϲ λόγοι;

respondet paedagogus:

τελουμένων εἴποιμ᾽ ἄν· ὡϲ δὲ νῦν ἔχει,
καλῶϲ ἐκείνων πάντα καὶ τὰ μὴ καλῶϲ.

Neque dubito quin futuri sint, qui satisfecisse ita Sophoclem sibi dicant; ego nihilominus contendo dicturum non fuisse Sophoclem in prologo de nuntio illo, nisi perferri eum voluisset.

Et haec quidem secundum artem disputata esse confido; quod iam prolaturus sum, id ipse opinionem adpello, abunde ratus, nisi alii ariolationem vocaverint. Mero enim sensu nititur; quod autem ego sentio, id sentire non possum quemquam cogere. Sed ut ad ipsam rem adgrediar: si quis te iusserit ex Antigona singulos locos promere, quibus prae ceteris inter legendum sis permotus: nonne aliquamdiu haesitabis et frustra circumspicies? Nam si exceperis Antigonae ad Creontem responsum et eiusdem θρῆνον, vix invenies quicquam, quod a reliquis seiunctum suo fulgeat nitore. Vix autem aliter se res habet in Aiace, Trachiniis, Philocteta, Oedipo Rege, minus in Oedipo Coloneo: ut tamen concludere possis solere Sophoclem (nec solus opinor solet) non singulis quasi insignibus adlicere audientium animos, sed totius actionis perpetuitate et cohaerentia permovere. In Electra autem si multo plures locos extare video eos, quos lumina appelles, quibus ad diversissimos animi adfectus quasi rapiaris et traharis, ego adgnoscere mihi videor Sophoclem properantius progredientem et ὅλῳ τῷ θυλάκῳ cπείροντα, quae prudentius antea severat manu.

Nam dinumerare illa lumina vix est opus. Mitto equiriorum descriptionem, qua Athenienses admodum delectatos esse dubium non est: quid Oreste dulcius in patriam, ex qua infans effugerat, iam dum dies inlucescit, auroram aves cantu consalutant, redeunte sensimque locorum vix notorum memoriam repetente? Cui paedagogus primum recenset quidquid grande et pulcrum est in regno patris, ad postremum δῶμα Πελοπιδῶν πολύφθορον, quod nos audientes anxie praesagimus hoc quoque die sanguine conspersum iri. Quid Clytemestra terribilius Apollinem imprecante continuoque (ut illa quidem credit) sibi satisfactum vidente, cum scelerum vindicem nos quasi audiamus certo gradu et stabili incedentem? Plus semel Sophocles crudeli ironia ludificantes induxit caelicolas miseram mortalium gentem, terribilius nunquam quam hice. Quid Electra? Cuius sive θρῆνον audis sive cum Chrysothemide conloquia habita seu denique

ῥῆσιν qua fratris morte audita animi dolores effundit: omnia, etiam si a reliquis separata adspicias, vividissimis depicta coloribus vere luminum instar fulgent. Nihil vero divinius quam quomodo Clytemestram occidi facit. Liceat autem antequam coronidem pingam egregium Sophoclis artificium demonstrare, quod cum hic cernatur, nondum opinor satis inlustratum est. Aedes intraverunt Orestes et Pylades; in ianua Electra adparet choro quid intus agatur narratura; credas videre te virginem dire subridentem, dum ultio fiat per tot annos avide desiderata. En, conclamat Clytemestra:

αἰαῖ ἰὼ στέγαι
φίλων ἔρημοι, τῶν δ' ἀπολλύντων πλέαι.

Quid Electra? Nonne exultabit laetitia? Audiamus; ad chorum conversa:

βοᾷ τις ἔνδον· οὐκ ἀκούετ' ὦ φίλαι;

inquit. Ex uno vocabulo perhorrescentem[78]) videmus viraginem ad extremum facinus antea paratam; non audet matris nomen eloqui, sed pronominis notione indefinita significat. Huic loco aliquatenus comparari poterat Macbethiae illud

had he not resembled
my father as he slept, I had done' t;

(quanquam longe id aliud ἦθος spirare nemo non videt): sed perversissime idem comparat Wolffius versibus a Clytemestra pronuntiatis 766—768, quorum versuum tristitiam simulatam esse mea quidem sententia adparet e. v. 770 ss.

δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν· οὐδὲ γὰρ κακῶς
πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται;

quae nunc aperte mentiatur, ea non potest uno versiculo ante poenitentia commota fuisse.[79])

Exposui, quae huc quae illuc nos trahere videantur; sententiam ferant me peritiores.

---

78) Cf. Soph. fr. 58
βοᾷ τις· ὦ ἀκούετ'· ἢ μάτην † ὑλακτῷ;
ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.

79) Noli mihi obtendere Electram, quae nunc cohorrescat, paullo postea Orestem cohortetur παῖσον, εἰ σθένεις διπλῆν. Aliud enim est per exiguum temporis spatium formidine teneri, dein ad pristinam saevitiam redire, aliud misereri, dein non solum excutere misericordiam (quod fieri potest), sed descendere ad mendacia.

Index locorum.

Index rerum et vocabulorum.